



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Conso||lacione Ivsto-|||rvm

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3678

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)



Th. 4479.





DE CONSO
LATIONE IVSTO-
RVM. LIBRI TRES.

Ludouico Hillessemio An-
dernaco autore.

EIVSDEM

*Elegia de morte hominis iusti
consolatoria.*

Gloria in altissimis Deo, et in
terra pax, hominibus
bona voluntas.

*SS. Catholica atque Apostolica
Ecclesia Dei iudicio, submissa
omnia sunt.*

COLONIAE

Apud Maternum Cholinum.

M. D. L. X X I I.

Cum gratia & Priuil. Cæs. Maieft.

2
DEO OMNIPOTENTI SER-
uatori, & consolatori omniū, qui eū
[reuerētur, ipsiusq; sanctissimum
nomen iustè inuocant et colūt.

Alme pater, maestas nostro de pectore curas
Allusio est Aufer, & asidui tristia fata mali.
ad Histori Luce tui vultus, cælo perfundar ab alto,
am 3. Re- Vnde salus miseris omnibus vna venit.
gum 19. Illa graueis alta pellet caliginis umbras,
Latitiæq; mihi munera festa feret.
Fallor, an aërea cessant cū turbine flāma?
Blandaq; propitiij numinis aura venit?
Iam spes leta mihi rediuiuo in pectore
surgit,
Læguidaq; aetherea mēs recreatur ope.
Hæc largire pater nato, qui supplice cultu
Diuinam cælo postulat æger opem.
Cedite terrena pestes, discedite cura,
A vestris nostra est libera vita malis.
Nulla lues rerum, nostrum turbabit ho-
norem,
Excelsi iure sunt mea fata Deo.

Ad

AD REVEREN-
DISSIMUM IN CHRI-
STO PRINCIPEM AC DOMI-
NVM. DOMINVM IACOBVM AR-
chiepiscopum Treuirensē, Sacri Roma-
ni imperij per Galliam & regnum Are-
latense Archicancellarium, Prin-
cipem Electorem

Ludouici Hillesemij Ander-
naci Præfatio.



Vanquam Reue-
rendissime Anti-
stes, ab rerum cœ-
lestium perfecta
cognitione om-
nis omnis naturæ
humanæ vis longo interuallo ar-
ceatur, tamen diuinitis impressa
in animo, atque in mente homi-
nis religio est, qua accendimur

A 2 ad

ad venerandum atque colendum
eum, à quo agnoscimus omnia
ratione summa, ad perennem glo-
riæ diuinæ testificationem, et il-
lam sempiterni ac beatissimi nu-
minis propagandam scœlicitatem
procreata. Etenim absoluto iam
opere tãto, cuius immensitatem
omnes naturæ rerum testantur,
ac quibus sensus aliquis inest ag-
noscunt, homo est effectus, quo
nihil ab optimo & præstantissi-
mo genitore melius procreatû
est, vt autoritate religionis sum-
ma proditum sit, eum ad Dei si-
militudinem factum. Obscura-
tum quidem & deformatum est
tam præstans opus, ac magno
scelere admissio, ingens ei labes
inducta: Diabolus enim ad ho-
minem fallendum, mendacium
suum

PRAEFATIO

3

suum accommodauerat, iamque victor, in eo ceu praesidium improbitatis suae collocauerat, malitiamque suam firmauerat. Sed illa deturpatio voluntatis naturaeque humanae, Dei beneficio ac dono derterfa est atque detracta, *Ad Rom. 5.* & salus e coelo demissa, vt ad recuperanda ea, quibus exciderat bona, homini, etsi nullum eius meritum esset, tamen gratuita benignitate Dei, iterum aditus fieret. Harum rerum ingenerata a Deo ac religione consecrata, consideratio atque memoria sempiterna in animis eorum est, qui vim maiestatemque diuinam, iusta veneratione colunt, eiusque voluntatem ac leges in omni vita sequuntur: ex eoque fit, vt illum coelestem diuini beneficii fructum per-

A 3 cipiāt

cipiant, summa cum ipsorum cō-
seruatione ac salute. Quanquam
autem intereà, dùm in terris a-
gunt, virtus eorum non naturæ,
sed primi delicti lege magnis ca-
sibus subiecta sit, tamen DEVM
vitæ ducem, & magistrū habent,
eiusque præsidio & tutela conti-
nentur. Itaque inter innumera-
biles conuersiones rerum, post
tot seculorum interualla stetit in
hunc diem sanctorum & iusto-
rum hominū ordo inuictus, De-
oq; semper præsentē, ad certam
spem immortalitatis erectus.
Quantū enim magnis ex offen-
sionibus ac causis, sæpè acerbi in
animis eorum oriantur dolores,
tamen illi mortalia omnia acci-
piunt ad exercitationem virtutis
suar: præstoque eis perpetuò est,
coele-

coeleste consolationis & gratiae
 medicamentum, ut oleo diuinæ
 misericordiae inuncti, semper dei
 benignitati confidant. Hæc nun-
 quã aberit ab eis, etsi in hac qua-
 si mundi senecta res eorum in an- *2. Pet. 3.*
 gustum adductæ sint, imminente *1. Pet. 4.*
 forsan summo iustorũ bono, im-
 piorum sempiterno malo, fine re-
 rum omnium, & magni iudicij die.
 Eum enim qui nunc est tempo-
 rum statum fore à Deo est
 affirmatum, & hoc ipsum prodi-
 gia gravissimiq; euentus decla-
 rant. Varij sæpè casus extiterunt,
 & tamen si verè volumus iudica-
 re, vix ætas vlla malorum fecun-
 dior fuit, ut crescente vitiorum
 dominatu, turbata coniunctione
 religionis Catholicæ atque or-
 thodoxæ, Dei iura quasi ab hu-

manis rebus auersa esse videatur. Verum illi, & ad testimonia sacra, & ad ipsam gubernationem vniuersi fatalesque conuersiones rerum altiores cogitationes referunt, ac ducente Dei spiritu agnoscunt hoc simulachrum diuinæ mentis, atque illa pulcherrima opera non frustra effecta, nec inanem eorum rationem esse, sed eorum qui fideli in Deum animo sunt conseruationem & salutem, extremo illorū qui se ab eo auertunt malo, hæc omnia esse constituta. Hæc igitur iustorum hominum inter æstus atque fluctus maximos vitæ consideratio est, quæ eos & gratiæ diuinæ reconciliat, & summa in terris consolatione implet. Confirmatur enim patientia eorum contemplatione

PRAEFATIO 9

ne diuina, & in his tenebris vitæ
 luce cœlesti illustratur. Hæc cogitationes timoris plenas erigit,
 & animos ad cœlum atque originem suam attollit, vt nihil tam certum habeant, quàm Deum, si præsens in periculis suorum ad ipsos seruandos semper fuit, eum nunc quoque in hac tanta vastatione vota eorum ac spes nõ deseraturum: non enim diminutus est, vt ait propheta, domini spiritus, nec facta debilior eius dextera, nouit ille eos, quorum spes ipso nitatur, & ijs qui nomen eius inuocant salutem dabit: propter electos certè facta omnia sunt, propter eosdem hætenùs perstiterunt, eorundem causa iterum dissoluentur: idque celeritùs aliquãto fore affirmatum à Deo est, vt

Mich. 2.

Naum. 1.

Ioel. 2.

A 5 tantis

tantis malis, quæ in hoc tempore sunt, eximantur, nec offendatur ij, ad quos hæreditas ventura est salutis, & qui sempiternæ vitæ sunt destinati, scripti in agni libro vitæ. Sed tamen sustinere Deum videmus, & agere patienter omnium salutis causa, vt etiam ij qui se ab eo auerterunt, ad resipiscentiam inuitentur ac reducuntur. Interea autem rationes inuendæ, omniaq; præsidia adhibenda sunt, vt inter tot accessiones malorum & mutationes rerum ac temporum varias atq; graues, ab perturbationum & offensionum iniuria se animi tueantur ac defendant. At si terræ omnes ac maria obeantur, si immensitas ac spatia rerum omnium mente lustrentur, vna ad hoc consequendum

Ad Heb. 1.

Actor. 13.

2. Pet. 3.

Apoc. 21.

PRAEFATIO

ii

dum via est, Deo seruire, eius vo-
 luntatem in omni vita sequi, &
 semper aduersantem vitio, rectā
 atque constantem in omni actio-
 ne viam seruare. Nimirum hæc
 est illa præstans ac diuina sapien-
 tia, cuius ductu omnes impetus
 malorum franguntur & exupe-
 rantur, hæc consolatur afflictos,
 abducit perterritos à timore ani-
 mos, & lætitia incredibili perfun-
 dit. Vt ergo in maximis tempe-
 statibus perturbationum, eius in
 animo nostro infixæ memoria ef-
 set, aggressi sumus ea literis man-
 dare, quibus in omni parte & cō-
 ditione vitæ firmamenta ad con-
 solandum inessent, & quæ in sum-
 mismalis spem certam salutis o-
 stenderent: vt & Deo benignè iu-
 uante nobis consuleremus, & bo-

A 6 ni

ni omnes, non suas fortunas lugēdas, non in mœrore ac lachrymis consensendum, sed certa expectatione meliorum, lætitiæ immortalis, & quam nullus terminet dies percipiendę spem in deo æternam esse à me admoneretur. Missa autē ad te Antistitem summi ordinis sunt, & amplitudini nominis tui oblata, qui magna autoritate, illustri gloria virtutis, sacra administratione suscepta, pro ista animi excellentia, cuius in omnium hominum mentibus & sermonibus cōfirmata existimatio est, agnoscis, quantam hæc habeant vim, & quàm necessaria eorum ratio hoc tempore sit, ad retinendam moderationē vitæ, & erga Deum religionem atque fidem. Sit modo hoc omnibus

nibus fixum, vt Dei disciplinam
 vniuersis anteponendam esse fla-
 tuant, & in illa repositam habeant
 spem beatitudinis suae, in quo san-
 ctè præstādo declarata iam olim
 religio est tua, excolente foelicè
 naturam Joanne Flaminio sancto
 sacerdote, & vt Desiderij Eras-
 mi Rot. de eo verbis ac testimo-
 nio vtar, angelicæ puritatis vi-
 ro, què credibile est inter beatas
 in cœlo mentes lætari, tantū Cel-
 situdini tuæ munus diuinitus ob-
 uenisse, in quo sanctæ & Catho-
 licæ Ecclesiæ Dei rebus afflictis
 ac populis tuæ fidei creditis, præ-
 sidium esse possit. Itaque institu-
 tum meum, cuius in religionis
 & officiorum vitæ obseruatio-
 ne posita ratio est, & Celsitudi-
 ni tuæ, & iustis hominibus gra-

tum iucundumque fore spero, ac
Deum Optimum Maximum sup-
plici ac demissa mente oro, vt
Celsitudinem tuam atq; omnes,
qui sanctissimum ipsius numen
religiosè venerantur, depulsa
omni malorum caligine, sem-
piterno consolationis sul-
gore illustret. Ander

naci Anno salutis
humanae

1571.

Elenchus

2V804111 15
ELENCHVS CAPITVM
libri primi.

Magnam & singularem humanæ
mentis deiectionem & consterna-
tionem, & infinita malorum vitæ
ratione esse.

CAPVT I.

Nullum esse ex delitijs solatiū
vitæ, necijs quæ in bonis ponun-
tur, aut sensu malorum, aut mœrē
di causas auferri posse.

CAPVT II.

Ad ægritudinum perturbatio-
nes auertendas remedia ac conso-
lationem hominum generi diui-
nitùs relictum, sed eam totam ad
iustos pertinere, exclusis impro-
bis, de quæ horum causis.

CAPVT III.

Ducente Dei spiritu aditum
ad

16. ELENCHVS
ad consolationem fieri, & vnde
illa sumatur. In quo Oecono-
mia libri est.

CAPVT IIII.

De hominis origine, varijsque
euentis, & ipso malorum exortu.

CAPVT V.

De Deo, eiusque ad hominem
seruandum æterna propensione,
consilio & clementia.

CAPVT VI.

Bonitatis diuinæ amplior testi-
ficatio, eiusque confirmatio ex
hominis initijs & progressu.

CAPVT VII.

Necessariam atque vtilem ho-
mini malorum irrogationem. Dia-
boli

ELENCHVS 17

boli etiam violentiam esse: de que
Dei in his moderandis summa et
diuina iura.

CAPVT VIII.

De prosperis atque aduersis,
quæ pijs atque impijs ferè commu-
nia in vita sunt. De sententia diui
Augustini.

CAPVT IX.

Ex Iobo. De bonorum in ma-
lis offensione, eiusque tota ad se-
quendum atq; vitandum ratione.

CAPVT X.

DE

DE CONSOLATIONE
iustorum, liber primus.

Magnam & singularem humanæ mentis deiectionem & consternationem ex infinita malorum vitæ ratione esse.

CAPVT I.

Cum in hoc vita decursu inter varias erumnas & assidua generis humani mala, omnia nobis sollicitudinem adferant ac metum, iacet animus luctu confectus, nec rationem inuenire potest, qua aut illam excutiat nubem perpetui mœroris, aut se aduersus vrgentium malorum vim, grauitatemq; sustentet. Quacunque enim mentem oculosq; conuertimus, agritudinum imagines occurrunt, vt calamitatum ceu nocte circumfusus, lucis ac letitiæ redemptionis serenitas ablata esse videatur. Itaque
animus

animus est oppressus, & quasi ab statione
decessit, vt officio desit ac muneri suo, nec
attollere omnibus natura adiuuentis se
queat, aut remedia querere possit, qui-
bus obsistat facibus dolorum, quæ ei con-
tinenter admouentur. Quæ non enim hu-
mana conditionis deiectio est? conculsi
omnium generum malis: animum mœ-
rore, corpus doloribus vexari, in rerû gra-
uissimarum timore versari, nūquam in-
terquiescere, semper presentium timore
imminentium metu torqueri, hæc ceu si-
ne lege, sine ratione passim euenire, nec vl-
lum ad ea euitanda, aut consilij, aut for-
tuna, aut virtutis adiuuentum esse. Iam
adhac ipsa mala, quæ per se & magnitu-
dine immensa, & multitudine infinita
sunt, interitum corporis ineuitabili, sed
semper incerto ordine accedere, & omni-
bus instare, quem leues sæpè causa inopi-
natum adferant, sic vt ista malorum ca-
thena, ad exitum atque vitæ finem pertin-
gat. Quis autem omnia aspera, noxia,
inimi-

inimicaque natura? quis animorum & corporum vulnera, & occurrentes omni penè momento agritudines? quis utriusque incommoda, quæ & metuuntur semper & semper imminent? quis ea quæ non singulorum tantum, verum etiam publica sunt, bellorum, famis, pestis, terræ motuum, eluuium, incendiis excidia atque dâna, quæ magno Dei iudicio, populos ac regna vno sæpe impetu, vna strage inuoluunt & euertunt, enumeret? plena est ijs vniuersa hominum vita, & multum omnibus ad dolorem, minimum ad consolationem ex eorum consideratione relictum. Atque hoc fatum omnium nationum est ac gentium, prorogata ad vniuersas ætates serie continentium malorum, vt omnis auferatur homini gloriatio, & ipse secum ceu monumentum iniquitatis suæ, perpetuum circumferat.

Nullum esse ex delitijs solatiū vitæ, nec ijs, quæ in bonis ponuntur

tur, aut sensum malorum, aut
mœrendi causas auferri posse.

CAPVT II.

ET sunt interea qui summam etiam
in vita esse iucunditatem, & omnia
gaudijs affluere existimant, quorū
omnis est in delicto & contaminata vita
ratione exultatio, sed celeres, iūq; misera-
biles exitus, illorum amentiam & vecor-
diam conuincunt. Sedes apud hos est ini-
quitatis, ponentium omnia in delitijs vi-
tae, nec diuinam vim agnoscentium, vt om-
ni errori, omnibusq; vitijs eorum ratio cō-
senserit. Nec quicquam iam hominis in-
iis reliquum est, quorum etiam alienatae
mentes infra bestiarum sensum sunt, quae
miseras conditiones suas, saepe agnoscunt
natura, grauiusq; inter illas versantur.
At quorum in animis vis altior remansit,
& origini propior sua, ei magnitudinem
miseriarum suarum, earumque vix finē
vident, vt victos se ingentibus malis, et re-
pugnare aegritudini vix posse fateantur.

Interea

Interea tamen leuamenta vndique & remedia dolorum quaerunt, seque ab interitu quibuscunque possunt rationibus tuetur. Sed sunt etiam imbecilles, tamque infirmae, ut non solum aegritudinem non auferant, verum etiam saepe maioribus dolorum facibus animum accendant. Nam illis tot incommodis reprimendis, & tanto maiorum agmini auertendo, quid habet homo ex vniuerso rerum, quae in terris sunt, ordine, quod opponat? an aetatis ac iuuentutis florem atque formam? an corporis robur? an voluptates? an opes & congesti auri tanta? an clientelas? an gloriam? an populorum & gentium applausus? an potentiam quantacunque ea esse inter homines possit? praecleara ista, & magnitudine admiranda expetendaque sunt, quae omnium sensus & animos occupant, sed tamen contra se testimonium dicunt, & suam ipsa fragilitatem incertitudinemque conuincunt. Ac sint sane beati, si sunt quibus haec perpetua, aeternaque fuerunt, at nulli sunt

sunt, nemo ergo illorum beatus, quod si re-
uerà nulli sunt, quid frustrà in ijs refutã-
dis orationem consumimus? Sed tamen
ex vniuerso hominum genere vnum, ijs
qua opinione quasi confirmata in bonis
sunt, affluentem eundemq; summa sapien-
tia regem Salomonem, de his sententiam
ferentem audiamus. Is, magnificauit in-
quit opera mea, adificauit mihi domos, &
plantaui vineas, feci hortos & paradisos,
ac in eis plantaui omnis generis arbores
fructiferas, feci mihi piscinas aquarum,
vt irrigarem syluam lignorum germinan-
tium, possedi seruos & ancillas, multam-
q; familiam habui, armeta quoq; et mag-
nos ouium greges, vltra omnes qui ante
me fuerunt in Ierusalem, sapientia quoq;
perseuerauit mecum, & omnia, qua desi-
derauerunt oculi mei non negaui eis, nec
prohibui cor meum, quin omni voluptate
frueretur, & oblectaret se in his qua pra-
paraueram, & hanc sum ratus partem
meam, si yterer labore meo. Deliciarum
omniã

Eccles. 2.

omnium affluentem vim, omnem foelicitatis perceptionem. & plaustra bonorum cōsentiente & applaudente multitudine audivimus. Sed videamus cetera. Cumq; me conuertissem ad vniuersa opera, quae fecerant manus mea, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Quae hac inuersio est: ingens sane & inexpectata, ipsomet dictante, qui illam inanitatem, intelligentia e caelo hausta inuestigauit. Sed vir omnium sapientissimus, pretium & existimationem stultitiae detrudere est conatus, ac suo exemplo testatum facere, illum fortuna, vt vocant, splendorem, rem nihili esse, qua defatigetur animus & excrucietur, nec ab illis quibus subiectus est malis liber fiat. Itaque ad vitam recte instituentam illa sententia est vsus: Omnes dies hominis, rebus quae cruciant, plenos esse, a quibus ne noctu quidem cor eius quiescat.

Ad

Ad ægritudinum perturbatio-
nes auertendas, remedia, conso-
lationemque hominum generi
diuinitus relictam. Sed eam to-
tam ad iustos pertinere, exclu-
sis improbis. deq; horū causis.

CAPVT III.

1. Corin. 15.

Luc. 7.

Nihilné ergò opis aut consilij, quo se
animus consoletur aut sustentet
relictum ei erit? Erit certè. Sed
quicquid eius est, totum hoc ad iustos et
religione præcellentes homines pertinet.
At, qui, vt Apostolus ait, Deum ignorant,
eiusq; consilium, quantum in se est rescin-
dunt, homines improbi & scelere polluti,
horum luctuosa, longeq; à vera salute dis-
iuncta res sunt, nulla est consolatio, que
eos iuuare possit. Cùm enim in hoc morta-
lis vita decursu, ea qua commoda & in-
commoda existimantur & esse apparent,
bonis ac malis plerunque communia sint,
hi, cùm cœlestia decreta capere & adsequi
non possint, ea iniquo iudicio damnant,
B coque

edque demētia progrediuntur, ut vim omnem diuinam tollant, nec vllam Dei curā rebus humanis interuenire existiment.

Ad hunc scopulum impietatis, qui multorum interitu est infamis, furor eos accitas animi, quam vltro sibi accersunt, impellit, ut in eum impingat, salutis suae naufragio facto. Itaque secundis rebus, suis nefarijs feruntur cupiditatibus, omnia in scelere & superbia ponunt, quod possunt vident, aduersis verò, deum non inuocāt, nec ab eo praesidiū postulant. Posteaquam ergo vitæ suae spes, non in Deo, sed in rebus incertis ac vanis constituerunt, iam vitij agitati & conturbati suis, consolationem omnem sibi adimunt. Quod enim solatiū, quod leuamentum vnquam habituri sunt calamitatis suae, qui superna diuinaque facta impiè damnant? ac quantum in ipsis est, Deo omnem honorem eripiūt? quum omnem salutarem doctrinam, leges sacras, religionem, innocentiam, virtutesque omnes in quibus firmamenta caeli

citatis.

citatis, nec vlla alia vitæ præsidia sunt, si-
mal tollere non vereantur. Quid autem
tam remotum ab fiducia ac spe, quàm hac
præclara, & admiranda opera, aut fortui-
to concursu ferri, aut frustra constituta
esse existimare? quod si fieret, omnia le-
ges, ordinemque suum desererent, nulla
ratione, nulla veritate niterentur: horrēt
hæc insanda factu atque dictu boni, mali
summo opinionis scelere sequuntur, eoque
in desperationem suæ salutis ad extremū
horrendè labuntur. Ad horum maleficā
insipientiam, qua vna scelera omnia com-
plexa esse videntur, damnandam, nulla
satis oratio est, ad expiādam, nulla in ter-
ris digna supplicia sunt, perpetua ei pœnæ
debentur, quas Domino dabunt, eiusque
gloriosa potentia, cū venerit, vt in illa ^{2. Theß. 1.}
die in sanctis suis illustretur, inque cunctis
fidentibus admirandus esse videatur. Nul-
la igitur malis opes, nulla ad consolandiū
præsidia sunt, si qua enim firmamenta su-
per sunt, ea labefactat impietas, conuel-
lit.

B 2 assidu-

assiduitas scelerum, & ex ijs serie sempiterna profluentes poena, acerbata cum memoria euertunt. Quae ergo improbis desciscendi à deo, ac se consolatione omni exuendi causa est, ea bonis ad rerum omnium prepotentem DEVM ac sanctissimū eius numen obseruandum via est, vnde vitatio omnium malorum, & perpetua ad eos consolationis fructus redit. Lux enim a. n. na quam sequuntur, animis eorum praeuocet, ne in hac misera vita relinquunt iter rectum, neque ambulent per vias tenebras, & ad montes noxiarum rerum impingant. Itaque ductorem DEVM, per aspera atque plana, alta ac deuexa sequuntur, ac cum inter confragosa harent, auxiliū eius ac fidem implorant. Huc illi vota sua ac desideria intendunt, spemque illam fouent, post exatlatas arūnas, quae salutare ipsi sint, fructus à Deo letitiae & beatitudinis perpetuae prouenturos esse. Interea autem documenta patientiae à Deo petunt, caelestemque consolationē ad se confirmandum

Prover. 11.

Jerem. 13.

dum conferunt, ne in nefariam impatien-
tiam cadant, sed vt eruditi diuinitus, ere-
di atque celsi remanere possint, expectan-
tes beatā spē prouidentia aeterni Dei, cuius
gloria plenus est vniuersus orbis terrarū.

Ducente Dei spiritu aditum
ad consolationem fieri, & vn-
de illa sumatur.

CAPVT IIII.

MAnent igitur in patientia iusti
homines, quanquam sepè acri
accedente dolore, quo adorti, ad
necessaria de salute sua consilia confugi-
unt. Etsi enim verè ipsorum saluti nihil
desit, fit tamen sepe numero, vt in graui
perturbatione versentur, forma enim oc-
currunt eae, quae mentes perterrefaciant,
eas confirmatiores assiduitas efficit, vt ad
similitudinē veri accedant, & agrè ani-
mis eximi & auferri queāt. In hac quasi
tēpestate mētis, magnis praesidijs est opus,
ac quoniam ab animis metu exagitatis
difficiliter admittuntur, perquirenda om-

nia sunt, qua mentes lenire ad constantiam fidei retinendam possint: quamobrem firmis rationibus est innitendum, vt falsae & adumbratae imagines rerum auferatur, vera ad animum penetrare possint.

Abducenda mens ab opinionibus vulgi, quas introduxit error, non ratio, stultitia populari tantum, non vlla soliditate subnixas. Ab humanis ad diuina veniendum erit. Magna est quidem in eo difficultas, vincula enim animis propter scelus iniecta sunt, sed aditus ad inquisitionem veri ducente spiritu diuino relictus, hic vnus ignorantiam tollet, & veram intelligentiam lucem dabit. Hanc vtinam DEVS cuius summa ac diuina vi omnia conseruantur & timore liberantur, ab sede diuinitatis tua demittas, vt comite veritate sempiterna tua, praeluceat nobis, ac consolationem suppeditet veram ac caelestem, qua conticescere illa lamentatio atque gemitus, & animus ab curarum aestu refrigerari queat.

Ad hoc consequendum ipsum in primis fontem

tem miseriarum atque caput, ex hominis
inirijs perscrutabimur, vnde illud efficie-
tur atque constabit, DEVM omnis veri
boni, nullius mali autorem esse. Quae verò
in bonis ac malis ponuntur, plerumq; om-
ni hominum generi communia, hoc tamē
differre, quod nefarij homines, saepe beati,
nec in malis esse videantur, hoc opinione,
non reuera fieri, nec ad ipsorum salutem,
sed interitum pertinere. Ex aduerso autē,
pijs saepe necessario, semper vtiliter, arūnas
quibuscum luctentur immitti, vt in officio
persistant. Vnde perspicua diuina prou-
dentia demonstratio est vt bonis ingenti
gloria conseruatis Dei maiestas illustrior
fiat. Quamobrem ita est statuendum, iu-
sto homini omnem consolationem ponen-
dam in Deo, eamque inter vniuersas agri-
tudines ac vitæ incommoda in fide, spe, &
charitate esse constituendam. Hac qui co-
gitationibus subijcient suis, ij nūquam ex
affectu conditionis humanae suae malis
exanimati concident, aut in desperatio-

nem labentur, sed ad coelestia animis sublata, in Deo gaudium suum, & expectationem ponent, eoq; facto, fructum aeternum virtutis & patientiae suae ferent.

De hominis origine, variisque euentis, & de ipso malorum exortu.

CAPVT V.

Verum vt tanti boni initium queratur, recolamus animo praeiterita, & in illam, quae nunquam abest a rebus humanis iustitiam & misericordiam Dei intuebimur, in hac firmamentum ac caput consolationis, in toto cursu vitae casibusq; humanis statuemus. Cum enim abs Deo beatissimo omnium rerum bonitate summa inuitato, vt vis illa praestantis ac diuina naturae longius diffunderetur, procreata omnia ordine & ornatu admirando essent, tandem opificium Dei ornatisimum homo, qui ceteris cum imperio praeset aditus est simulacrum & imago diuinitatis, quam representaret & ad cu-

in imitationem se formaret. Nihil illo
ex vniuerso rerum procreatarum ordi-
ne feliciter, nihil cœlestibus illis mentibus
origine propius fuit. Atque his quidem
quoniam incorporea mentes erant, digna
ipsorum natura sedes cœlum est attribu-
tum: homo verò cum corporatus esset, ter-
restri sed delitijs omnibus referto loco
positus est, vt summis natura innocentis
bonis circumfluens aeterna ac diuina con-
templaretur, & ordine vniuersi conside-
rato DEVM parentem omnium ac do-
minum adoraret. Hoc cursu vite beatus,
tandem in cœlum se inferret. Quum fœ-
lix hæc benè ornati corporis & animi con-
stitutio fuit? Ex societate diuina beatis-
simam vitam ingenti gloria, spe certa am-
plexa, accedente Dei amore, vt omnia
magnitudine ac gustu aeternæ voluptatis
plena essent. Huius tanti boni corruptor
& turbator diabolus fuit, qui, vt diuus E-
piphanius inquit, in melle amaritudinem
immiscuit, & pulcherrimè comparata-

B s rum

rum rerum ordinem interuertit. Eius in-
 uidentia ac fraude homo, neglecta autori-
 tate, legeque diuina qua erat deuinctus,
 oculos ad excellentiam suam retulit, auer-
 tit à Deo. Eius delicti grauitas ea fuit,
 ut illam diuinae mentis imaginem obscu-
 raret, ex eoque id quod aeternum ac per-
 petuum uigens erat caducum & mortale ef-
 ficeretur. Nam & vulnus in animo grauif-
 simum est acceptum, diminuto lumine di-
 uino, ac uoluntate corrupta, corpus etiam
 praeter innumerabiles, quibus urgeretur
 arumnas morte corporis multatum est,
 quam omnis lueret posteritas, pessimi in
 Deum, & seipsum meriti monumentum.
 Haec radix est, per quam letifer ille succus
 malorum, non solum in stirpem generis
 humani est transfusus, uerum etiam ter-
 ras ipsas, earumque remotissima, nocente
 uisua peruasit. Posteaquam enim dein-
 ceptus in hoc tam amplum & capax orbis
 theatrum homo est immissus, non ei tan-
 tum, sed & terris, & ceteris rebus omni-
 bus

bus ea natura addita sunt, quarum conuersio, atrocis in Deum peccati offensio-
nem, omni subsequenti temporis spatio,
omni seculorum decursu ostenderet. Quā-
tum verò vulnus, illud primorum parentū
fuit? cum subito corporis & animi bonis
exuerentur? proiecti in extrema mala,
quorum grauitatem auferent omnia, in
primis autem sceleris aduersus Deum ad-
missi conscientia, perenni malo torque-
ret. O iacturam ab illo summo bono in-
gentem, casumque tristem generis huma-
ni, interuerso ordine creationis diuinae,
prolapsisq; rebus ad interitum, qui fune-
stus vniuerso mundo fuit.

De deo, eiusque ad hominem
seruandum æterna propensio-
ne, consilio, & clementia.

CAPVT VI.

Perierat ergò in summa salutis ac
rerū desperatione homo, nisi eum bo-
nitas dei æterna esset clementia pro-
B 6 secuta

secuta. Non enim illa præstans ac diuina
summi boni natura, opus tantum, quod
sua se culpa deformauerat ita abiecit, vt
prorsus abdicaret, vicit offensa grauitatē
bonitatis immensitas, vt pacto cum homi-
ne inuito vitæ & pacis, eum ceu imbecillē

Malac. 2. factum ē sublimi repente in insolitas sor-
des collapsum, attolleret humo, ac parētis
in eum affectione vteretur. Nam erectus
& confirmatus est voce diuina, ac coele-
stis ei heros promissus, in cuius virtute ma-
lorum posita sanatio esset: cuius quē benefi-
cio, eum ad felicitatem aditum, quem suo
ipse vitio sibi abruperat, iterum adseque-
retur. 2. Thess. 2. Hæc prima, eaque aterna Dei,
communis vniuerso hominum generi con-
solatio fuit, vt firmamentum in illa con-
stitueretur, ad omniū aegritudinum vim
auertendam. Sed ne memoria culpæ tam
grauis obsolesceret, diræ illæ & pœnæ ma-
lorum ac mortis, continuata in omnē ge-
neris humani stirpē serie cōstitutæ sunt,
vt cū eas iure irrogatas esse, nec suā
virtute

virtute depelli posse cognosceret, conuerteret se ad eū, cuius ope salus ipsius contineretur. Ad hoc agendum, ex prima illa lucerationis, radius quidam ei relictus, nec voluntate, etsi languente iam ex illa malitia lue, prorsus est destitutus. Propter offensionis autem magnitudinem effectum fuit, vt humanum genus velut in duo scinderetur, cuius vna pars in Dei cultu acquiesceret, altera prorsus in diuersum tenderet & niteretur. Hanc quidem haustum à diabolo virus sic corruptit, vt se quàm longissimè auerteret à Deo, illam verò etsi grauissimè sauciam fiducia ac votum ingens, tum culpæ agnoscentia, ac pro ea meritorum malorum deprecatio, in officij & religionis obseruatione retinuit. **DEVS** ergo factam & in iustorum hominum mentibus ac familijs retentam spem beneficio eo impleuit, quo nullum est in vniuerso maius, & cuius memoriam in animis hominum, alijs oporteat defixam esse, misso in terras filio ac seruatore **IESV**, qui

B 7 suscepta

suscepta in se peccatorum poena, profuso
 suo sanguine, hostia & placabile sacrifici-
 um offerretur, ut ijs qui ipsum sanctè se-
 querentur, ad felicitatem veram ac coele-
 stem viam aperiret. Eius diuini beneficii
 fructus ad omnia sola terrarum pertin-
 git. Quemadmodum enim hic sol quem
 Sentētia D. videmus, omnia luce sua lustrat ac com-
 Chrysost. plet, sic Dei filius, quantum in eo est, nu-
 minis ac beneficentiae suae splendore illu-
 strat omnem hominem venientem in
 hunc mundum. Quū autem homini dum
 in terris ageret, natura infirmitate ho-
 stis potentia, ac scelere suo vita ratio dif-
 ficillima esset futura, missus est spiritus di-
 uinus, cuius munere via, ac veritas qua ad
 Deum accederetur perspicua & confir-
 mator esset, quiq; eam suppedicaret con-
 solationem vita, quam infirmare nulla
 res posset. Magna est & ampla ex his con-
 sideratio summa autoritas rerum, quae ius-
 tae ac clementer effecta à Deo sunt, & e-
 quabili certaque lege omnium aetati ac
 temporum

temporum spatij mirabiliter gubernantur. Omnia sunt in Deo summa, inque administratione vniuersi admiranda, sed nos nostris verbis vtimur ad ea vt cunque eloquenda, quæ omnem orationem vincunt, & quorum rationem animus noster plene intueri non potest. Tantum autem 1. Corin. 13. lucis homini diuinitus est datum, quantum necesse est, vt ei ad veniam aditus, & ad salutem reditus esse possit. Et si ergo ille rex ac vates diuinus, difficiliorem esse cognitionem celestium rerum, quàm vt Psalm. 139. ipse adsequi, sublimiorem quàm ad eam pertingere posse adseueret, tamen cum se animus ad cælum attollit, incredibilis fulgor exoritur, quo mentes illuminantur, omnium caducarum rerum sollicitudines peluntur, & vera consolationis sensu pietates implentur.

Bonitatis diuinæ amplior testificatio, eiusque confirmatio ex hominis inijtis et progressu.

CAPVT VII.

Itaque

ITaque ex ijs quae commemorata sunt
 certa fide constat, id quod ne impij qui-
 dem, si aliqua conscientijs eorum adfe-
 ratur vis, negare possunt, DEVM omnis
 boni, nullius mali autorem esse. Bonitas
 enim in illa praestanti natura summa est,
 quae in immensum excellit omnia, quae su-
 pra infraque nos sunt: vniuersa via do-
 mini misericordia sunt & veritas, gloria
 eius super caelum & terram est, ad quam
 praedicadam, nihil est in vniuerso tam hu-
 mile, tamque excelsum, quod non vires
 summas suas, debeat adferre: vt & res in-
 animata, & omnis spiritus laudet Domi-
 num, & benedicat nomini sancto eius in
 seculum, & in seculum seculi. In quo au-
 tem? Si virtutem terribiliam operum ipsi
 us dicant, si magnitudinem memorent, si
 memoriam abundantiae bonitatis eius e-
 nuncient, si iustitiam eius praedicet, quod pa-
 tiens & miserator Dominus, quod bonus
 Dominus vniuersis, & miserationes eius
 super

Psal. 150.

Psal. 145.

super omnia opera eius. In horum ergò celebratione si laus est Dei, contumelia eius in eo erit, si minùs beneficus dicatur: nihil est ab illa optima natura remotius aut magis alienum, nihil tam ei proprium, quam foelicitatem suam longè latequè diffundere, & de his, quæ procreata sunt benè mereri. Si autem id quod dederat DEVS, ademit ipseus hominis peccatū, quod ex eo omnia perierūt, eius culpa est: quod ad eum seruandum iterum se conuertit DEVS, bonitas Dei. Itaque & vis omnis diuina ad benè merendum de bonis cōparata est, & cū omnia ab fonte boni ortum ducant, desinere ea in optimum finē est neceffe: non ergò voluit mala, non fecit, non vt existerent iussit, homo ipse irritiuit se illis, & cognita imis sensibus incōmoda sunt: ò noxiam cupiditatem scientia, cuius ei spem aduersarij maleuolentia fouet, quod autem viuit, nec planè est confectus, totum hoc Dei est, qui eum beneficentia sua atque cura tuendum suscepit,
nec

nec misericordiam ab eo suam vnquam auertit.

¶ Necesariam atque vtilem homini malorum irrogationem, diaboli etiam violentiam esse, deque Dei in his moderandis summa ac diuina cura.

CAPVT VIII.

AD hanc tantam lucem impij claudunt oculos, & quoniam aduersus DEVM peccant, vt cæci ambulat, nec rationem eorum, quæ cœlitus administratur ac fiūt, cōscelerata consciētia admittunt. Et si enim omnia ordine occulto fiāt, tamen ad eum considerandū, Deus nos mente ceu manu ducit. Tanta est animi labes ex illa auita noxa, vt magna propensione in omne peccatum feratur, ad quam coërcendam, nullus rigor, nulla seuerā animaduersio satis valet, nec refrinari eius violentia potest. Quod si ille liber malorum ac solutus esset, nullis nexibus vinculisq; constringeretur, in qua dā
na?

na? quàm exitij pestis plena prorueret? e-
nerteret certè se salutemque suam vno mo-
mento & interimeret. Quamobrem ei
ceu pädagogo quodam opus fuit, cuius hor-
tatu & autoritate, plagis etiam & ani-
maduersione seuera, inter indomitas cu-
piditates regeretur. Hoc & sapientes na-
tionum animaduenterunt, & ille in pri-
mis Plato, cuius hac præclara sententia
est: Difficillimum esse amplissima fortu-
na solutos legibus continere. Nihil enim
imperatu difficilius esse eo homine, quem
prospera fortuna extulerit, nec quicquam
iterum regi lenius illo, qui aduersis sit ca-
sibus depressus atque confractus. Polybius
etiam tantum dicit apud homines igno-
rantiam atque signitiem à prudentia at-
que industria differre, non solum in priua-
ta vita, verum etiam in publicis rebus, vt
in his secunda res detrimentum, in illis
aduersa emendationem quandam errorum
adferre videantur. Cùm ergò ingens ho-
minis peccatum antecessisset, nec expedi-
ret

ret eum tam excellentem esse vt prius, ni-
 iterum ipse sibi detrimentum adferret, e-
 misit eum DEVS de paradiso voluptatis
 vt operaretur terram, de qua sumptus est,
 hoc est, vt sacri patres prodiderunt, de sta-
 tu felicitatis ad laboriosè colendum terrā
 iam obnoxiam maledictioni, in statū mi-
 seriarum plenum, vbi cum noxijs animi
 permotionibus, & satana diro, furij sgle
 infernalibus continuum ei bellum ac cer-
 tamen esset. Ille enim primi & omnis
 boni corruptor, quem sacra litera princi-
 pem aëre & potestatis, & huius seculi Deū

Ad Ephe. 2. vocant, odio summo suo, artes vniuersas
 2. Corin. 4. ac vires aduersus eos exerit, quos volunta-
 te libera, et si corrupta & beneficijs natu-
 ræ nudatos, aqua tamen sorte terris
 immisso, quasi in potestate habere vi-
 detur. Ad hoc agendum omnia vndique
 adiumenta conquirat, & inuisum genus
 malis exercet, vt perdat & extinguat, fa-
 ta, spes quæ eius reliquas interuertat. Ve-
 rum tanto tamq̃ immmani furori certi fi-
 nes

nes constituti à Deo sunt. Necessariò enim mala illius voluntas, qua ad omniù rerum vastationem incitatus fertur, comprimenda fuit, quod nisi fieret, ille & superis ima misceret, & hanc vniuersi molè pro malignitate ipsius summa euerteret, & vno momento depopularetur. Omnis quidem eius voluntas in eo est sita. Sed ò profunditatem non sapientia tantum, verum etiam beneficentia diuina, cuius saluari voluntate qua omnia sustentur effectum, vt qua malis scelerum pœna et exitij causa, ea bonis remedia malorum sint: Ad Rom. 8. vt ex eo constet: Dei amantibus omnia ad bonum conferre. nunquam etiam magis formidandam diaboli violentiam, quam secundis & ad spem fluentibus rebus, nunquam minus metuendam, quam cum maxime sequit, malorumq; infestum agmen ducit: quamobrem eius vulnera & plaga iustorum hominum medela est & certa sanatio, qua nihil eis ad salutem efficacius adhiberi possit. Sape morbi corpora affligunt,

affligunt, sed ex ijs conualescit animus, hunc aliquando grauis molestia occupat, ea corporis luxuriam frangit ac refrenat, efficiturq; ex eis id vt rectum vtrinq; officium sequantur. Vera igitur Diui

2. Cor. 7. Pauli sententia est, eum qui secundū DEVM est dolorem pœnitentiam ad salutem non pœnitendam parere, contra mundi dolorem mortem adferre. Et castigari à

1. Corin. 11. Domino nos dum punimur, ne cum mundo damnemur, id est, nos in hac vita puniri, ne simus in alia puniendi. Quam præclara ergò, quanq; diuina ratio est, angicorpus vt menti benè sit, & illū vitæ dolorem, etiam lætitiæ æternitatis sequatur. Satis cause Deus haberet, vt quæ à nobis aduersus ipsius voluntatē ac leges pfluxerūt mala, in ea prorsus desineremus, sed illa æterni, immortalisq; boni natura, quæ in Deo abundans est ac perfectissima, specie malorū retenta, vt ab illis omnis boni oriatur vis, ad nosq; perueniret, effecit. Sic

2. Tim. 3. enim eruditi ad iustitiæ disciplinā per patientiam

tientiam resq; aduersas diuini & ad om-
ne opus bonum idonei efficitur, vt in die 2. Tim. 1.
Domini misericordiam & vitam adsequa 1. Tim. 6.
mur verè aternam.

De prosperis atque aduersis,
quæ pijs atq; impijs ferè cõmu-
nia in vita sunt. De sententia
diui Augustini. CAPVT IX.

SI igitur in vniuerso nõ corpori solùm
scaduco & infirmo, sed etiam iustorũ
hominum, propter quos omnia cõser-
uantur ac fiunt, vera & sempiterna salu-
ti ille accommodatus est ordo, quis non
agnoscit in eo, vt in ceteris omnibus, et di-
uina erga nos cura & consolationis vera
ingentẽ testificationẽ esse? cõprehensam nõ
fortuitis concursibus, sed causis immutabi-
libus, aternisque rerum, quæ etsi varia-
rum vicissitudinum plena sint, earum ta-
men rationem veritas ipsa defendit. Non
enim probabiliter dici potest, aut tantum
malorum in hominum vita versari ob
nullam causam, aut communem propè
omniã

omnium conditionem esse, nisi hac omnia
 ratione summa ad certum & predestina-
 tum à Deo finem, qui malo malis, bonis bo-
 no futurus sit, referrentur. Sed audiamus
 de his quæ constituta, diuinitus providen-
 tia cælesti sunt, Diuum Augustinum, mag-
 na autoritate virum, sententiam feren-
 tem. Is, Placuit, inquit, diuina providen-
 tia preparare in posterū bona iustis, qui-
 bus non fruuntur iniusti: & mala impijs,
 quibus non excruciantur boni. Ista ve-
 rò temporalia bona & mala vtrisque vo-
 luit esse communia, vt nec bona cupidius
 appetantur, quæ mali quoque habere cer-
 nuntur: nec mala turpiter euitentur, qui-
 bus & boni plerunque afficiuntur. Inter-
 est autem plurimum qualis sit vsus, vel ea-
 rum rerum, quæ prosperæ, vel earum quæ
 dicuntur aduersæ. Nam his bonis tempo-
 ralibus nec bonus extollitur, nec malis frā-
 gitur. Malus autem ideo huiusmodi infœ-
 licitate punitur, quia fœlicitate corrup-
 pitur. Ostendit tamen DEVS sæpè in his
 distribu-

distribuendis euidentius operationem suam. Nam si nunc omne peccatū manifesta plecteretur pœna, nihil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus si nullū peccatū puniret aptè diuinitas, nulla esse prouidentia diuina crederetur. Similiter in rebus secundis, si non eas DEVS quibusdam petentibus euidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere diceremus. Itemque si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia premia seruendum illi esse arbitrarentur, nec pios nos faceret talis seruitus, sed potius cupidos & auaros. Hæc cum ita sint, quicunq; boni, malique pariter afflictī sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctū non est, quod vtrique perpeſsi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum, etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno igne, aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem tribula, stipula comminuuntur, frumenta purgantur, nec

C

ideo

ideo cum oleo amurca confunditur, qui
 eodem preli pondere exprimitur: ita vna,
 eademq; vis irruens bonos probat, purifi-
 cat, eliquat, malos damnat, vastat, exter-
 minat, vnde in eadē afflictione, mali Deū
 detestantur & blasphemant, boni autē precā-
 tur & laudant. Tantū interest, nō qua-
 lia, sed qualis quisque patiatur. Nam pari
 motu exagitatū, & exhalat horribiliter
 cœnum, & suaviter fragrat vnguentum.
 Hactenus Diui Augustini verba, in qui-
 us vtrorumque, que bona aut mala ex-
 istimantur, momenta insunt. Ho-
 rum assidua recordatio, nos metu libe-
 rabit atque timore, cum etiam ijs re-
 bus, que nos in noxijs ponimus salutarem
 vim inesse constet, ac predestinationis
 Dei secundum propositum ipsius, qui
 operatur omnia iuxta decretum volun-
 tatis sue, ad piorum conseruationem, v-
 niuersa referantur. Cum igitur DEVS
 ad nos castigandos corripandosque pœ-
 nas immittit, hoc quod ille verè sapiens in-
 dicatus

Ad Ephe. 1.

dicatus monet, sequamur, ne vnquam ab *Prouerb. 3*
 eo deficiamus. semper ad orationis habitū
 reducti, in Dei virga, qua peccātes erudit,
 bacillo qui imbecilles sustentat, consolati-
 onis vim salutarem atque summam exi-
 stere credamus. Hinc illud bonū boni ad se *Psalms. 25*
 quentur, ne malorum aut prosperitate of-
 fendantur, aut cū ipsi in grauibus arū-
 nis sunt, iniuriam sibi fieri putent, &
 ea fortuna, quam improbos ferrē dece-
 bat, indigni esse videantur. Hæc qui-
 dem offensio multorum animis noctem
 offundit, & omnium seculorum bonis
 viris adhæsit, vt nihil certius sit, quā
 ab ipsa natura profectam, eiq̄ue infor-
 matam esse. Nam ex summa eius im-
 becillitate hæc inducta opinio est, quæ *Ierem. 12.*
 tamen aliquando vacat culpa, et Dei as- *Abac. 1.*
 sensione confirmatur. Cū enim non
 hic eorum sensus sit, vt eis veniant in
 dubium DEI fides atque promissa,
 quasi ab eo iniquo iudicio oppriman-
 tur, nec gratiæ locum apud eum vbi

consistant, reperire possint, sed plerunque in summis malis hanc affectionem exprimat dolor, flectat vita innocenter ac bene acta recordatio, est ei & venia & ignoscētia locus, tantum vt animi ad se redeant, habeant in consilio voluntatem dei, eiusque iudicium & auctoritatem prorsus sequantur.

Ex Iobo de bonorum in malis offensione, eiusque tota, ad vitandum atque sequendum, ratio.

CAPVT X.

EIus in Iobo, quaeque ei acciderunt indignè, tam firma est demonstratio, vt nihil ad summam eius certitudinem queat accedere. Is enim, etsi calamitatem fortiter ferret, tamen cruciatuum magnitudine expugnato animo atque eucto, sortem arumnosam suam, in qua nullo merito suo sit coniectus, grauisimè verbis deplorat. Coluisse Deum sanctè ac sincere, iuste & integrè omnia fecisse, homines omnes officio, in primis eos qui in egestate

State constituti essent, beneficij s affectisse,
 & liberalitate sua iuuisse. Sed malam
 pro ijs gratiam sibi referri, & pro summa
 pietate incredibiles sustinere dolores, quo-
 rum grauitatem etiam vita per cruciatu
 abrupta, cupiat effugere: praestitisse ei nu-
 quam natum fuisse, & pro funesto habere
 natalem suum diem, qui tantorum malo-
 rum initium ipsi fuerit: esse certè vni-
 uersam hominum vitam ceu duram mili-
 tiam, cui aduersus tot sollicitudines, mole-
 stias, & arumnarum mille genera perpe-
 tuò conflagendum sit: commoda eius nihi-
 li esse, & summam inanitatem habere,
 non aliter ac somnium, aut vmbra, aut
 florum decus celerrimè euanescere, desi-
 nere, atque auferri: esse inclusam certis et
 exiguis spacijs, quæ nemo valeat supera-
 re. Sed frustra se cum Deo, qui potestate
 immensa sit, contendere: Quoniam autè
 inclementer habeatur, eius quæ ceu hostis
 obruatur furore, orare se ipsum vt exire è
 vita possit. Hanc ipsius confidentiam vt

C 3 super

superbam amici, qui assistebant, oppugnant: summam in Deo iustitiam & bonitatem esse, nec eos qui virtutem colat ac pietatem malis affligere, sed omnem in noxios pœnam recidere: frustra ergo suam ipsum innocentiam culpæ prætere-
re, hanc agnoscere, ac Dei vim reuereri debere. Longa hoc illi ab eo adseueratione contendunt, sed ipse vim maiestatemque cœlestem suspicere se ac reuereri, insit. Neminem enim iustum si conferatur deo, nec quenquam adeo delictorum esse expertem, ut aduersus DEVM tueri se, suamque innocentiam defendere possit. Sed decretorum cœlestium immutabilem & fixum, quamuis incomprehensibilem & à sensu ac cognitione nostra remotum ordinem. Nihil enim in terra sine causa fieri, nec incertam operum diuinorum rationem esse. Verum in animis nostris magnam rerum diuinarum caliginem, summam in iudicando esse obscuritatem. Nam interdum malis bene euenire, eos in opulē-
tia

na & prosperitate vitā agere, hoc Deum
ferre, et si illi in miserorū & pupillorū bo-
na, ceu fera & immanes bestia e lustris su-
is progressa rapina grassentur, ita vt cede-
re violentia eorum, & abdere se pra metu
eis sit neesse, agros, vineas, magna cum
iniuria sibi assignent, illorum exorbeant
sanguinem, vestes, quibus integebantur su-
perbe detrahant, vt illi frigore, nuditate,
inopia, fame contabescant: atq; in hac
inueterata malitia proteruē ac securē in-
ter dilicias ac voluptates agere, nec Dei
perceptionē interuenire putare, sed non
eundē nec bonū exitum habere: inferos e-
nim furias in alorū ceu solem liquefactas
niues momēto absumere, omnē illum quo
sublimes erant spiritum, diuitiarumque
pompan, stipularum & pulueris instar,
cū vehementior in illum venti vis incu-
buerit, esse: nec in eos tantum irā di-
uinā impetum desinere, propagari eti-
am in posteros pœnam, & eadem ruina
inuolui, vt summis in malis vitam agant,

C 4 usque

ijs que ad extremum obruantur. Harum
 autem rerum perceptionem homines ple-
 ne adsequi non posse: nec causas explicare.
 Nam & Deum voluntate sua, nulla suo-
 rum culpa poenas infligere, ut illustri ali-
 quo signo potentie sue vim in omnium co-
 spectu ponat: hoc in se qui insons plecta-
 tur, locum habere, nec in eo Dei, qui inno-
 centiam suam per spectam habeat, autori-
 tatem ac testimonium refugere. Tota vi-
 ta se pietatem ac iustitiam coluisse, ea que
 ceu corpori addita, veste contactum fuisse,
 se ad miserorum hominum imploratione
 cum opprimerentur indignè, & omnium
 auxilio destituerentur, ad opem ferenda
 benignè semper accurrisse, pupillos ac vi-
 duas tutatum esse, eis loco parentis fuisse,
 & veluti membrum operam suam atque
 usum impertivisse: omnem à corpore atque
 animo exclusisse libidinem, nec ab hone-
 state vita villo perturbationum impulsu
 deflexisse: non appetivisse aliena, nullam
 iniuriam alicui fecisse: suos etiam, quibus
 cum

cum imperio presuerit, ab inferenda illa
absterruisse & cobibuisse: nullo vnquam
hostium suorum malo letatum: fraudule-
tiam ac fucum nulla in re adhibuisse: for-
tuna sua ac foelicitatis precipuum fructu
non in se, verum alios redundasse, quod si
in his vlla sua culpa aut flagitium inter-
uenerit, tum se non refugere, quin extre-
mis malis conficiatur: contineri se Dei
manu: illum in se omnem potestatem ha-
bere, cui resistere non possit, se ab eo factu,
spiritum ac vitam ipsius beneficio duce-
re, sed optima conscientia niti ac pro in-
dubitato habere, viuere in sempiternum
seruatorem suum DEVM, qui se etiam
conditum & obrutum terra, in vitam re-
stituturus sit, eius beneficio iterum su-
premo iudicij die carne conestitum iri de-
bere, suis ipsum oculis plene intuiturum,
& numinis sanctissimi aspectu perpetuo
esse fruiturum. In eo, cum immotus per-
staret, & amici frustra orationem consu-
meret, Deus interuenit, & quidem Iobu,

C S quod

quod incitatus vi doloris, paulo longiuse-
 uectus, & oratione progressus sit obiur-
 gat: nam vt secum contendat, & iudicio-
 rum ipsius immensitatem perscrutari ve-
 lit, imparem eum, & vniuersam naturã
 esse. Hoc cum ille demisse fateretur, &
 ipsius magnitudinem suam verò indigni-
 tatem, & quod animo malis perturbato
 & euncto deliquisset, agnosceret, D E V S
 eorum qui Iobo aduersati erant, sententi-
 am reijcit, illius verò assensu confirmat.
 Hac quæ patientissimo viro euenerunt, no-
 stris verbis alibi recensita, & eodem ordi-
 ne repetita sunt, vnde, quid in his sequen-
 dum sit, constat: nam in illa perturbati-
 one nature statuendus modus est, quous-
 que progressio fiat, ne efferantur animi,
 seque maioribus malis, quibus conficiantur,
 inuoluant. Hac etsi pleniore vi ora-
 tionis & exemplorum pertractanda dein-
 cept sint, quæ tamen in ijs tenenda via sit,
 ab Ioanne Gersone Theologo, paucis sed
 pijs verbis est perscriptum. Is, aliter, in-
 quit,

quit. cum satana loquimur. si quando ille nos in desperationē adducere. aut si quando opera, quæ Deus operatur in nobis, eleuare, ac omne meritum eis detrahere conatur, quos segniores nos ad bene operandum reddat. Aliter agimus, cum sistendi sumus in cōspectu diuine maiestatis, tum *Genes. 18.* enim nos cum sancto Abraham cinerem & puluerē esse recognoscimus, tūc nos miserimos peccatores, & omni suppliciorū genere dignos profitemur, tunc quæ sūma possumus animorum nostrorum submissione veniam deprecamur, tūc quasi super terram stamus alas submittētes, quas in altercatione cum diabolo, quasi in cælo volantes extensas tenemus, vt semper & erecti coram diabolo, & humiles corā Deo reperiamur. Hec igitur in illa vicissitudine variarum rerum ad DEVM placandum accommodata ratio est, omnis vt ad indignitatem nostram mens & consideratio referatur. Nemo est tam iustus, qui non in multis delinquat: nemo

tanti aestimet conscientiam mentis sua,
 vt aduersus DEVM tueri innocentiam
 suam queat, iacent omnia praesidia consi-
 liorum atque factorum, si Deus à nobis
 requirat ea, quae ei debentur. Hoc & om-
 nes mortales claris verbis confiteri oportet,
 & magna in eo religio, magna vis est,
 ad placandum iram offensamque Dei.
 Epist. 10. 1. cap. 1. Eius apud Prophetam verbum est: Quid
 Ierem. 2. vultis mecum iudicio contendere? Desti-
 namus ergò nostra venditare, Deo au-
 toritatem omnem ac gloriam tribua-
 mus. Eius enim maiestas diffusa vndi-
 quaque est, & omnium terrarum oras,
 omnium gentium ac mortalium cor-
 da implet, vt ei omnis rectè factorum
 gloria tribuenda sit, cuius misericordia
 nostris delictis ac malis est maior: ac gra-
 tia ei sempiternæ debeantur, qui nos in
 hac rerum natura vanitati subiectos,
 Ad Rom. 8. ab interitus seruitute insperato modo li-
 berat, vt manifestum fiat, eum laboran-
 tibus suis in omni statu adiutorem adesse.

luci ergo & perpetua mentis supplicati-
one DEVM veneremur, vt qui viola-
ta voluntatis ipsius ac deformata nostra
culpa natura poenas sufferimus, ipse af-
flictam nostram conditionem clementia
aeterna sua benignè iuuet, & has erum-
nas nostras minuat, vt consolatio-
nis sempiternae fructum be-
neficio eius diuino
referamus.

FINIS LIBRI
primi.

C 7 Elenchus

ELENCHVS CAPITVM

libri secundi.

Ex consideratione vniuersi vim
maiestatemque diuinam appa-
rere. Caput I.

De dei in bonos bonitate, seue-
ritate aduersus malos, prouiden-
tia erga vniuersa, sacra testimonia
adducta. Caput II.

De iustorū fœlicitate, impiorum
malis, ex vite vtrorumq; euentis cõ-
stare: his, atq; etiã memoria anti-
quarū rerū quæ diuinitus notatæ
sunt, obfirmādū animū. Cap. III.

De Dei fauore & tutela erga bo-
nos, vindicta contra improbos, ad
superiorū ampliorem cõfirmationē
alia exēpla adducta. Cap. IIII.

Decretorum cœlestiū ab huma-
no sensu longè, diuersam rationē
esse. Caput V.

Amplissimam inter varias offen-
sas

fas vitæ ex consideratione iudiciorum cœlestiũ ac rerum ipsius dei semper accedente ope bonorũ cõsolationem esse.

Caput VI.

Collectio superiorum, & quantũ momenti in sanctè viuẽdo sit, obliqua enarratione psalmi primi.

Caput VII.

Secundis malorum, bonorumq; aduersis rebus, quibus rationibus cõfirmandus animus, paraphrastica interpretatio psalmi 72.

Caput VIII.

In futuræ fœlicitatis recordatiõe ac sensu, humanarumq; rerum despicientia, animorum placidissimã pacem esse.

Caput IX.

Sublatæ ad cœlum, inq; Deum defixæ mentis consideratio explicata paraphrasi psalmi 26.

Caput X.

DE

DE CONSOLATIONE
iustorum liber secundus.

Ex cōsideratione vniuersi, vim
prudentiamque diuinam appa-
rere. C A P V T I.



*M*agnam & admira-
bilem illam operū ra-
tionem, ordinemque
rerum, quo prestans
summi boni natura
ad vniuersitatis con-
seruationem vtitur,
etsi animus humanus in his vitæ tenebris,
vt suprâ dictum est, plenè intueri non que-
at, tamen eius in mentibus omnium inscul-
pta notio, eousque pertingit, quò necesse
ipso est, ad agnoscendam vim potentiam-
que diuinam, qua vna vniuersa res, salusque
ipsa hominum continetur. Etenim cœli fa-
cies atque ornatu, & stata temporum vi-
ces, tum nascentium & decrescientium re-
rum

num immutabilis ordo. sempiternum Dei
 numen esse, quo illa omnia admirabiliter
 constituta sint, diuinitusq; reguntur, de-
 monstrant, ac piorum studia ad aeternita-
 tis imitationem inuitant. Inde omnium
 virtutum semina sunt, atque hinc omnis
 religionis sanctitas, omnis vita bene com-
 parata ratio existit, confirmanturq; cœ-
 litus inter summam imbecillitatem om-
 nia, vt cum eorum se contemplationi ani-
 mus addixerit, voluptatis & consolatio-
 nis amplissimo sensu perfundatur. Verum
 sunt, qui nulla istarum rerum cura affici-
 untur, nec earum effectorem, moderato-
 remque Deum agnoscunt, abijciunt enim
 rationem, ad res nihili atq; vanas, ac ser-
 vantur non operum cœlestium vim, sed ini-
 quitates, hoc est nocēdi artes varias, qui-
 bus ad obliuionem Dei, & imminentium
 suppliciorum metum ex animo eijciendū,
 viam sibi muniant ac parent. Horum uti-
 nam ex rebus humanis sublatum genus
 esset. Sed sua eos scelera, sua furia dignis
 perse-

Psalm. 63.

Abacuc 2.

persequentur pœnis, erit que diuino oraculo aeterna fides, occidet impium malitia, iustus autem ex fide uiuet: ô mentium humanarum uerordiam & stuporem, hæc homines non agnoscere? hæc potissimam generis humani partem non uidere? Sed tu uniuersitatis huius summæ parens ac rector, perfunde nos uultus tui splendore, quo omnia serenantur, & latitia complentur, ut sanctam & aeternam tuam intueamur lucem, qua in hac misera uitæ ratione, omnium calamitatum tenebræ, omnium caducarum rerum sollicitudines pellantur, & consolationis tuæ fulgore diuino, animus illustretur. Ei certe ab curarum æstu refrigerato & interquiescenti ingens ad consolationem aditus est factus, ex consideratione hominis, & quo ille Dei benignitate sit progressus. Verum ut hæc confirmatio fiat, cogitatio omnis animi ad originem suam semper referenda, & exercendus ille innatus menti vigor est, qui si religione nitatur, sequæ ad illam adiungat,

gat, nihil ad informationem maximarū rerum, spemq; sempiternam bonorum ei deerit. In ceteris animantibus non est ea vis, nec etiam ad vitam sustentandā egent ea, satis se absq; illa, ad id quod destinata sunt, certa quadam conditione legeq; natura defendunt. Altius ergo quiddā est, diuinitus concessū homini, in alios vsus, unde præstantissimarū rerum cognitio existat, ex ea autē maioris alicuius boni adprehensio sequatur. Quorsum autem illa animi cōcessa lux est, si non aliquis maior, quā eorum, quæ ad tuitionem corporis pertinent, vsus est? si ad eum sensus tantū malorum, nullus consolationis ac sperati boni fructus redit? Non cadit in humana mentis cogitationem rem aliquam fecisse seipsam, vt à sapientissimis viris proditum est. facta est igitur ab alio. Si illud de aliqua minima re absurdum est dicere, quid tam alienum à vero, quā hanc rerum vniuersitatem à seipsa factam esse?

Ea,

Ea, si immensa, si ordine admirādo & visendo, si optimè comparata est, necesse est effectorem eius summum, & eam ad præclarū aliquem finem, ab optimo, et in quo vis summi boni sit factā esse. At si bonitate præstat atque abundat, reget vniuersa, & operum suorum omnium curam suscipiet, si omnium, certè hominis, qui præstantiore cæteris natura est, & propter quem reliqua sunt condita. In eo autem genere, quis non existimet, eius benignitatem, ad eos maximè pertingere, qui se ad voluntatem ipsius proximè adiungūt? Absit ergò ab illa præstanti, diuinaque natura, vt non provideat & operi consulat suo, quam etiam menti humana, iustisq; hominibus ingenerārit spem, ac spiritu cōfirmārit diuino, ea frui eos nolit, ipsorūque in eo votum ac desiderium frustretur.

De dei in bonos bonitate, seu e-
ritate aduersū malos, prouiden-
tia erga vniuersa, sacra testimo-
nia adducta. CAPVT II.

Hæc

HAEC igitur in mentibus omnium
 inscripta sunt, & manent immo- Psal. 32.
 ta, cogitatione etiam omni perci- Psal. 113.
 piuntur ac sensu, vt nihil illis sit certius, Esa. 40. 42.
 sed tamen confirmatiora sunt religione, et 43. 95. 48.
 ijs quæ diuina voce testata sunt, nobisque Iere. 10. 14.
 relicta. Verbo Domini cœlos factos, et spi Zach. 12.
 ritu oris eius omnem eorum ornatum. Psal. 33. 94
 Eum dixisse, & facta esse, mandasse et ex- Ad Heb. 3.
 titisse, quæcunque voluit, in cœlo, in ter- Psal. 89.
 ra, omnibusque abyssis: cœlos enarrare Psal. 18.
 gloriam Dei, admirabile eius nomen, im- Psalm. 8.
 mensitatisque ipsius amplitudinem supra Psalm. 146.
 cœlos, quæ opera digitorum ipsius sint, cū 113. 135. 154
 cœteris operibus alte efferri. Hac ipsius glo Psal. 112.
 riam enarrare qui magnus, excelsus, bo- Ad Heb. 3.
 nus, beneficus, fidelis, iustus, verax, pater Epist. Ioã. 1.
 omnium sit. Eius magnifica opera, sapien cap. 2. 3.
 tia summa facta, ordine admirando con- Psalm. 111.
 stituta esse. Ipsius constitutione perseuera- Psalm. 103.
 re diem, omnia ei inservire, inuictam ip- Psalm. 104.
 sius manum, sublimem dexteram esse. Eū Psalm. 88.
 visitare terram, & irrigare, respicere de Psal. 64.
 cœlo

- cælo, & videre omnes filios hominum, re-
 Psalm. 32. spicere ex firmo habitaculo suo, super
 omnes qui terram incolunt. Iuxta subli-
 mitatem cælorum ad terram, angustam
 esse bonitatem eius, aduersus cultores su-
 os. Sempiternam eius misericordiam, ter-
 ram ea plenam esse. Eum homines atq;
 Psalm. 103. iumenta conseruare, bonitatem eius ad
 Psalm. 35. cælos, & veritatem ad nubes vsque pertin-
 gere, quæ freti filij hominum, alarum ip-
 sius vmbra confidant: apud eum esse vitæ
 fontem, & in ipsius lumine visuros lumē.
 Psalm. 32. Oculos Domini intendere in eos, qui se re-
 uereantur, qui sperant in misericordiam
 eius, vt liberet à morte animas eorum, ad-
 iutorem & protectorem eorundem esse:
 Psalm. 33. Clamare iustos, & Dominum exaudire,
 & ex omnibus aduersis eos liberare, ad ef-
 se ijs qui contrito sunt corde, robur, spem,
 refugium, solem, scutum, lucem atque
 securitatem eorundem esse. Eum gra-
 tiam atque gloriam daturum, nec vllò
 bono priuaturum eos, qui integri vi-
 uunt

uunt. Horum hereditatem sempiternam,
 posteritatem benedictam fore. Daturum
 Deum omnia quæ animus eorum deside-
 rare possit. Satisne in his, quæ plena fidei,
 plena autoritatis sunt, presidij? Satisne ad
 vim, quæ omnia sustentur & cõtinetur,
 diuinam agnoscendã, testimonij esse exi-
 stimamus? Est certè tantum, omnem vt
 incertitudinem euincat. Sed quibus illa
 destinata sint bona, & ad quos pertine-
 ant, videmus: alius enim vite finis, ac lon-
 ge diuersa ab his, quæ modo collegi malo-
 rum fata sunt. Nam ex omni tem-
 pore obseruato ordine, & iisdem sacris
 monumentis cognitione e coelo delapsa con-
 firmatum est atque perscriptum, fore vt
 iniusti homines scelerum dent pœnas,
 vt semen eorum pereat, venturos dies
 eorum, vt iudicentur à Deo secundum
 vias eorum, vt imponantur eis scelera
 eorum. Eos angustia superueniente qua-
 situros pacem, sed frustra. Gloriam
 eorum in ignominiam commutandam.

Eos

Psalm. 36.

Prouerb. 2.

Eos in cinerem redactos, iustorum pedibus
 procalcandos, subito cum non speratur co-
 terendum ipsorum robur, tanquam figu-
 linum vas, quod con fractum instaurari
 non potest, ex eo ne testulam quidem, aut
 fragmentum aliquod superfore, quo pau-
 xillus ignis è fouea sumi, aut aqua paulu-
 lum è fouea hauriri possit. Ita disperituro-
 ros, & ad extremum exterminandos esse.
 Hac ergo perennis & certa lex est, cui om-
 nia, quæ in natura sunt, obediunt, ad eamque
 retinendam operam præstant, & autoris
 sui mandatū atque imperiū faciunt. Ad hanc
 admirabilem ab omni æternitate efficien-
 tiam, vimque diuinam ad omnia se exten-
 dentem, ille sanctus rex ac vates obstupes-
 cens: Quis, inquit, sicut Dominus DEVS
 noster est, qui in sublimi habitat, & de-
 mittit se, vt aspiciat omnia in cælo & in
 terra. Vidit enim omnia in ipsius potesta-
 te esse, omnia prouidentia diuina & cle-
 mentia regi, nihil tam altè, tamque pro-
 fundè situm, quo ille numine suo non pene-
 tret

Psalm. 112.

tret, seq̄ue demittat. Itaque cū ipse in
 maximis periculis versaretur, DEVM dī
 xit fugas eius numeratas habere, lachry-
 mas etiā reponere in virem ipsius, & omnē
 arumnarum suorum seriem, quasi quo-
 dam rationum libro descriptam habere,
 cū nihil tam certum teneret, quā De-
 um, cū omnia cognosceret, bonosq̄ue au-
 toritate sua & gratia tueretur, religionis
 ipsius, & abundantissimarum, quae acer-
 bo sensu malorum ex oculis eius proflua-
 rent lachrymarum, rationem esse habitu-
 rum, ad eum seruandum. Quamobrem
 ad se reuersus, spe confirmata, Commoue-
 buntur, inquit, omnes homines, & narra-
 bunt opera Dei, & facta eius intelligent.
 Latabitur iustus in Domino, & exultabūt
 omnes qui recto sunt corde. fore enim di-
 cit, vt ad Deum religiosè metuendum ad-
 ducantur homines, quum non forte aut
 casu, sed aeterno eius consilio omnia eueni-
 re agnoscent: quod tum fiet, quum bonis
 admirabiliter conseruatis, DEVS iusto

D iudicio

iudicio suo in scelera nefariorum homi-
 num animadvertet, hinc consolatio in-
 gens piorum, non tam ex interitu malo-
 rum, quàm quod de Dei benignitate con-
 cepta spes eos non sefellerit: hanc nunc cō-
 firmatiorem fieri, & hūc eis fructum ad-
 ferre, vt liberi ab egritudine, & à timore
 vacui, letitia affluant, ac summa cum glo-
 ria efferre se possint. Hoc consolationis sen-
 su tanto, quantum capere animus huma-
 nus queat, ceu oleo suavissimo, & amplis-
 sima letitia luce, & vite fonte perfundun-
 tur p̄j. Illis enim cum propheta factum
 est verbum Domini in gaudium & letiti-
 am cordis, vt certa explorataque spe de
 Dei bonitate concepta exclament, San-
 ctus, Sanctus, Sanctus Dominus D E V S
 exercituum, plena est omnis terra gloria
 tua. Sed hanc tantam bonorum vim, sa-
 pientiamq; diuinam, quæ arcana est, vir
 insipiens non cognoscet, & stultus non in-
 telliget. Verè autem insipientes in populo
 sunt, qui prophana sapientia dementati,
 iudiciū

indiciū Domini non agnoscunt, nec Deū
videre, neq; curam eius diuinam rebus hu-
manis interuenire falsò existimant. Hi
vecordes filij, vt ait propheta, ad malè agē-
dum, quandam sapientiæ existimationē
adserunt: in benè agendo, summa eorum
inscientia est. Expertes ergò omnis eius
consolationis erunt, quæ vitam piorum
sacietate latitiarum perenni delectat.

De iustorum foelicitate, impio-
rū malis, ex vitæ vtrorūque eue-
tis constare, his atque etiam
memoria antiquarum rerum,
quæ diuinitus ^{re-}ta sunt, ob-
firmandum animum.

CAPVT III.

ITaque cū mali sua omnia ad terre-
na referunt, iusti suorum factorum
rationes & fines dirigunt ad solum
DEVM. Ac ne humanis permoueantur,
sed vt omni eorum se metu liberēt & ex-
oluant, in omni ratione vita hoc agunt,

D 2 semper

semper vt eorum animis, & presentium
 & antiquarum rerum, qua diuinitus ge-
 runtur, & in vniuerso fiunt, forma obuer-
 sentur. Hac illi fomenta malis suis adhi-
 bent Dauidis exemplo, qui, cum eum om-
 nia solatia deficerent, prorsus se fracto a-
 nimo fuisse ostendit. Renuit, inquit, con-
 solari anima mea. Verum idem confestim
 rationem eam tenuit, vt dolori suo medi-
 cinam, angustiisque rebus solatium qua-
 reret. Memor, ait, sui Dei, & delectatus
 sum, memor sui operum Domini. Na me-
 mor ero mirabilia tuorum, qua vsq; ab
 initio fecisti: a ~~seculo~~ Me-
 mor sui iudiciorum tuorum a seculo Do-
 mine, & consolatus sum. Confugit enim
 ad memoriam Dei, & ex superiorum tem-
 porum euentis, quibus Deus vitam piorum
 gubernauit, clarissima monimenta clemē-
 tia Dei animo contemplatus, ijs que ad se
 consolandum vsus est. Sequuntur igitur bo-
 ni eandem viam memoriamque vetustam
 rerum, qua vti sanctis illis viris & anti-
 quis

quis patribus euenerunt, diuinitus nota-
 ta sunt, crebro ad animum reuocant. His
 & testimoniorum cœlestium certitudo ap-
 paret, & quem iusti in grauissimarũ tur-
 barum & molestiarum fluctibus cursum
 tenuerint vitæ, percipi vtilitate summa po-
 test. Erant primis parentibus filij duo, Ca-
 in & Abel, cui priori mala mēs, alteri san-
 ctus animus fuit. Itaque cū hic innocen-
 tiam coleret, grata Deo vita eius & obla-
 tio, aspernata alterius improbi victima
 fuit. Vnde factum, vt iuuenis pius occide-
 retur ab fratre sauisimo, & vitā primus
 ex hominum genere profunderet. Damna-
 tum est horrendum & nefarium scelus vo-
 ce diuina, eiusq; autori pœna denunciata
 irrogataque, vt maledictus super terram
 esset, vt grauissimorum quos impensurus
 esset laborum nullos fructus referret, vt
 vagam & instabilem vitam ageret. Ille
 quidem, cū profugisset, ciuitatem condi-
 dit: at quæ ora? quæ regio? quæ vrbs mu-
 nimenta tueri illum poterant, qui egressus

Genes. 3.

D 3 à facie

à facie Domini, id est, praesidio diuino destitutus erat, & quem suum scelus, sua mala conscientia, a siduo domesticoque supplicio persequabatur? Nulla ergo solida felicitas, homini impio, abominabili, desperato fuit. At Abel religionem atque innocentiam, aeterna ac vera bona colens, etiam interemptus viuit, sublatus in caelum, ubi beatæ mentes nullis malis subiectæ, perenni requiete, ac felicitate abundant.

Post eum, Noe hominum genere auctiore factus, sed corrupto seculo, & multitudine omni flagitiorum genere redundante, magna virtute, summa religione vixit. Intemperantia, luxus, delitiæ, mentes hominum occupauerant, ac deprauato omnium ordinum statu, voluntas pro lege erat. Omnis caro corruerat viam suam. In illa autem flagitiosæ multitudinis colluie, iustum & innocentem virum, quo mœrore & cruciatu vixisse existimamus? quod etiam iniuriæ genus, quam proteruita intermissam esse ei aduersum, qui illas nefarias

rias actiones damnaret. quiq; dissimilem
 ab omnibus rationem sequeretur ac vitã.
 Semper religioni infesta impietas est, sem-
 per, vt Diuus Chrysostomus ait, contra vir-
 tutem malitia insanit. Itaque prophã-
 nis illis & impijs, in hac insolentia vitæ, et
 inter festa latitiã delicias, sensus aliqui
 fœlicitatis, at DEVM immortale, quã
 momentaneus, & in quantas desiturus æ-
 rumnas, fuit? Nam apud eos qui se mali-
 tia prorsus addixerant, nullus consilio lo-
 cus, nec cum ad voluptatem omnia refer-
 rent, aliquis mali impenditæ metus erat.
 Sic securos, & prorsus, vt videbantur, be-
 atos, obruit diluuium: seruatus est vir iu-
 stus, qui cum voluntatem diuinam in om-
 ni vitæ esset securus, nunquam consolatio-
 nis diuinæ egens, semper, ducente Deo, ani-
 mo inter mala inuictus fuit. In eo, quod
 secutum est genere hominum fuerunt, qui Genes. 11.
 turrinẽ edificare niterentur, cuius se in cœ-
 lum moles attolleret. Hi malorum cona-
 tus, ingentes labores, & magna defatiga-

tione suscepta actiones sunt, sapè ipsi pernicioso, semper irrito successu, confundente linguas eorum Deo, & consilia interuertente, vt labor eos ad extremum vsque spiritum sequatur, fructus omnis & solatiū absit. Quàm verum ergò illud Esaiæ vatis dictū est: Impij, quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum.

Iesaiæ 57.

Iam magno illo Abrahamo, qua discrimina adita, quantum malorum tota vita obiectum fuit? exilium, iniuria potentum, necessarj captiuitas, in eo liberando labor, orbitas, ac deinceps procreati filij vnici cedes demandata, & quid non? At ille semper præter spem, in spe, etiam aduersante ratione fuit, ac quoniam eū DE VS peculiari ac cœlesti fœdere sibi adiunxerat, bono omnia benè euenerunt. Eadē Isaaci filij religio & fortuna, filiorum etiam duorum ac fratrum, Esau ac Iacob factum, malorum & bonorum certa imagine fuit: prior vir acer, venationi deditus,

Gen. 15. 17.

& agrorum cultura: alter simplex, dome-
 sticus officijs. & cultui animi vacans. Ac
 felicitatis quidem partes, natura ordine
 & patris indulgentia Esau occupauerat,
 sed caelestium rerum admirabili conuersi-
 one, superior Iacobi virtus fuit. Illum,
 etsi terræ, agrorumq; prouentu diuitem,
 tamen suscepti odij furor, & fraternæ fœ-
 licitatis inuidia exagitabat: hic verò,
 etsi graue odium fratris sustineret, ut quæ
 eius a se vim auerteret, profugere cogere-
 tur, multos etiam labores, multum ærum-
 narum perferret, tamen in eo angore viuē-
 di, omnia innocentia sua sustinenda, inq;
 vna Dei tutela sibi putauit acquiescendū.
 Sic cum animum virtute & religione ob-
 firmasset, superatis quæ de Dei voluntate
 ei immittebantur aduersis, veram atque
 summam, & quæ ad æternitatem se extē-
 deret, felicitatem est consecutus. Fuit ei *Gene. 37. et*
 ingens filiorum, sed improborum prouen- *in sequētib.*
 tus. Inter eos vnum Iosephum altè virtus
 & castus animus extulit. Ad eum oppri-

D 5. mendū

mendum ceteri fratres, studia, volunta-
 tesque suas conuerterant. Inita de nece
 eius funesta consilia erant ea, cum muta-
 ta essent, in seruitutem venditus, non mi-
 nore, quam mors est malo, & in lōginquas
 oras fuit adductus. Ibi prater exiliū & ser-
 uitutis incommoda, carcer etiam & vin-
 cula immerenti addita sunt. Tātis autē ac
 tot malis implicito, quis spē aliquā emer-
 gēdi reliquā esse? quis nō succūbendū do-
 lori existimasset? Sed nec tot incommodis
 debilitatū constantia ipsius robur est, aut
 innocentia destituta ope diuina fuit. Fru-
 strata enim euentu suo consilia, ad perni-
 tiem comparata sunt, & iuuenis sanctus
 atque innoxius illustri regiaque fortuna
 diuinitus auctus, Aegypto, ac finitimis po-
 pulis & familia vniuersa salutem attulit.
 Sic sapē intereā dūm ad summum mala
 veniunt, extrema iustus patitur, eiusque
 tentatur & exploratur fiducia, ac cum
 omnis ferē recuperanda salutis spes occi-
 dit, subito auxilium Dei exoritur, & pios
 luce

luce noua atque insolita perfundit, vt cer-
 to, constet omnia in Deo posita esse. Ipsius
 autem Iosephi posterius, iussu diuino in Ae-
 gyptum commigrarant, eorum deinceps
 varij successus, prout merebantur, fuerunt,
 vnde, quæ ratio bonorum ac malorum di-
 uinitus constituta sit, sic apparet, vt repro-
 bis terror ingens, iustis verò hominibus
 summa ex ijs consolatio esse possit. Ii enim
 aduenæ apud Aegypti incolas atque regē,
 in magna inuidia & seruitute erant, ac
 quum aucti magno numero essent, oppri-
 mebantur omnium generū malis, & eas
 operas faciebant, quarum grauitatem di-
 uitius sustinere non possent. Ac ne quid ma-
 ximis malis deesset, funesta rationes inita
 sunt, ad eos cum vitæ exortu enecandos:
 post etiam atroci regis edicto sancitum, vt
 mares omnes statim vt nati essent, in Ni-
 lum abijcerentur. Atque hæc ab rege eo fi-
 ebant, qui impietate in DEVM, iniuria
 & inclementia in miseros homines vteba-
 tur: qui etsi certissimis maximisq; signis

Exod. 1.

de Dei voluntate cognouisset, sic tamē neglectui habuit, vt eius impia & scelerata vox esset, Nescio dominum. Inter illa verò extera, & prorsus infœlici, vt apparebat, genti, quis non malorum sensus fuit? at ea Deum religiosè colebat, gemitus illius ac preces ad cœlum, quo miserorum lachryma solent, ferebantur: interuenerat Dei promissio, confectis temporum spacijs, vt liberi fierent: at cōtra omnia eueniebant, sic vt secundis aduersariorum rebus, ipsi maximè miseri essent. Sed contra horum dementiam, qui in veritatis ignorantia versantur, his rebus sempiterna dei ratio inest, vt quàm maximè aduersis rebus piorum, ipse proximè eis adsit: & admirandam vim suæ potentia diuinitatis quæ offēdat. Quamobrem horrendus exitus regis tyranni, sed leta fortuna immerentis & Dei presidio firmata gentis fuit: illo cum exercitu omni fluctibus submerso, hac mirabiliter conseruata. Atque hac ipsa gens deinceps, inter vastas solitudines, in omnium

Exo. 14.

nium rerum indigentia, depulsis, quæ in-
 cidere, malis, at verò bonis, quacunque
 hæc vita desiderat, immisis, sic aucta &
 defensa est, vt cœlum, terra, flumina, fon-
 tes, quæque ad vniuersi conseruationem
 cursibus definitis facta à Deo sunt, motus
 sæpè suos ordinemq; mutarint, ne amata
 gentis vtilitati commodisq; deessent: quæ
 euidentior ratio, ad id quod volumus con-
 firmandum esse potest? malorum res, eti-
 am medijs in bonis caducas & fluxas, at
 contra insuperabilem religionem, & in
 quibus ea insit, inuictos esse: nõ enim quic-
 quam valentius, quàm præsidium diuinũ
 quo omnes illi continentur, qui Dei obser-
 uantia ac cultu se ad illam præstantẽ na-
 turam adiungunt, nullum est in malitia
 perfugium, nulla spes, firmamenta eius,
 et si maximis viribus niti videantur, mo-
 mento concidunt, nec contra virtutis vim
 vllis se munimentis tuentur.

De Dei favore & tutela erga bonos, vindicta contra improbos, ad superiorum ampliorem confirmationem alia exempla.

CAPVT IIII.

A Diungamus autem ad hæc sortes regum Saul, & Davidis. Illius, quamdiu auctoritatem, voluntatemq; diuinam est secutus, affluens omni genere bonorum fuit fortuna, sed desciiuit à Deo, sequè fœlicitate exiit ac regno. Co-
1. Reg. 13 et 16. natus est quidem, defluentes atque agras imperij partes tueri, verùm omnia consilia atque auxilia infirma erant, cum ea dei fauor destituisset. Itaq; ille à Deo reiectus, infœlix prorsus, et si regno sublimis erat: nō enim ampliùs spiritu diuino, eius regebatur natura, scelerum furia & appropinquātis mali metus, sensum eius omnem occupauerant, eiq; grauius, quàm
1. Reg. 20. vllus tortor posset, supplicium intentabat. Interea David desertis locis oberrabat, & speluncis

speluncis salutem suam tuebatur, exulet
 rerum omnium egenus. Eum Deus omni-
 bus anteposuerat, & regno destinauerat:
 antea tamen, quam illud consequeretur,
 penè obrutus est immensa vi malorum.
 Sed sempiterna Dei voluntas, confecto ad-
 uersario, regem eum fecit, ac potestatem
 diuinam, quæ religionem etiam in cœlū
 attollit, illustri exemplo, ceu lumine præ-
 lato, in omnium hominum conspectu de-
 fixit. Idem, atque etiam amplior Salo. 3. Reg. 3.
 monis filij eius splendor fuit, verum is, post
 tot sapientia diuina monimenta, singula-
 ri amentia & impietatis furore abreptus,
 malorum satum & exitum habuit. Imit-
 tatus est non primam patris virtutem, sed
 extremam vitiositatem filius Roboam, ac
 superauit etiã, sed à sublimi deiectus, exci-
 dit maxima regni parte, iusta dei offensa,
 scelere grauisimo suo, cuius ille infœlici
 populo autor fuit. Secuti posterius eandem
 eius impietatem eadem fortuna sunt, sed
 nemo malus, quantumuis magnus, fœlix,
 fin ula

simulachrum tantum quoddam, ceu va-
 por in sublime, ingenti attollitur aura. sta-
 tim ut Dei spiritus eum vindicta afflaue-
 rit igni, deprimatur, & euanescit. Quis au-
 tem Achab regis? quis Iesabela meliorem,
 quam quae Helia fuit fortunam esse existi-
 mat? quanquam hic arumnosa vitam ageret,
 ac propter innocentiam & religionem,
 mandato impiae reginae deposceretur ad
 necem: exitus enim utrorumque hanc litteram
 diremit, qui impijs propter maleficiorum
 magnitudinem horrendus, sancto autem
 viro in caelum euecto, admirandus & illu-
 stris fuit. Eadem ac penes diuina Hele-
 sei propheta ratio est. Ad eum capiendum
 Syria rex exercitum miserat. Oppido er-
 go undique obfesso, cum sancti viri mini-
 ster praemetu exclamasset, & plane debi-
 litato animo esset, Helisaeus, ut timorem om-
 nem deponeret, iussit, ac Deum orauit, ut
 eadem quae ipse minister quoque videret.
 Vidit ergo montem, equitibus & curribus
 igneis plenum. Eo uti firmissimo praesidio
 sancti si-

Esaia 63.

4. Reg. 6.

sanctissimi viri salus diuinitus defendebatur *Psalm. 33.*
 tur, vt verum illud sit, Castra figere
 angelum Domini, circum eos qui ipsum
 timent. Hoc ipsum prestans, ac singularis
 Ezechie sancti regis virtus, asperis, affli-
 ctisq; rebus, magna cum Reipublice salu-
 te, summa Dei gloria experta fuit. Ei ter- *4. Reg. 18.*
 rorem ingentem incusserat, ab Sennache-
 ris Assyriorum rege bellum indictum, &
 atroces illius contumelie, quibus etiã de-
 us petebatur, prorsus eum perculerant.
 Itaque cum pro auertenda regni & mise-
 ri populi suprema clade Deum supplex ob-
 secrasset, is diuinum ei auxilium ostendit,
 cuius auxiliij ea magnitudo fuit, vt multo-
 rum millium exercitus nocte vna diuini-
 tũs conscideretur, rex fugiens occuberet,
 à filijs suis interemptus, digna impietate
 ac scelere tanto pœna. Deus enim & iusto-
 rum periculi, & improborum atrocitatis
 semper æquus est iudex. Sub id tempus in- *4. Reg. 20.*
 cidit in grauem morbum rex pius, ex eo
 mortem ei propheta prædicit ac denunti-
 at:

4. Reg. 20. at: tristissimum hoc ei fuit. ad Deum igitur se conuertit, eumque multis cum lacrymis est obtestatus, vt reminisceretur, omnem se vitam, in ipsius cultu, religiosè ac constanter exegisse, et omnia ea, quibus diuina eius voluntas inesset iuste, ac summa cum fide esse secutum. Vix ea erat deprecatus, cum deus Esaiæ nec dum digresso mandaret, vt ipsius verbis regi renunciaret, audisse se eius obsecrationem, eumque sanasse, fore vt die tertio templum valens ingressus, gratias ei agat, quin & vitæ annos quindecim, se superaddere dixit. & aduersus Assyrium regem, ipsum atque Ierosolyma urbem sui & Davidis regis gratia defensurum. O salutarem dei opem, & religionis vim præstantem, qua pestis abcessit, quæ nulla remedia depellere poterant, qua sancto viro prorogata in multos annos vita est, & regnum potētissimi atque immanissimi hostis metu liberatum: vnum ad salutem oratur, & omnia cōcessa sunt: ingens consolatio, & cuius in animis

mis' piorū sempiterna memoria esse debet.
 vixit ergo fœlicitate inter arumnas sum-
 ma vir sanctus, sed eius filij Manassæ, vt a-
 lia vita ratio, ita diuersa fuit fortuna.
 Rex quidem ille, sed propter malitiam in-
 fœlix, calamitatem tamen euasit, connex 4. Reg. 12.
 terat. Iam in Iobo ac Tobia, quanta au-
 toritas est, bonorū ac malorum fata, nul-
 la fortuita conuersione ferri, sed ratione
 diuina, æternisq; causis constituta esse?
 Magna est in vtroque religio, summa san-
 ctitas, sed cum perturbationibus, quibus
 eorum oppugnabatur virtus, inter ingen-
 tia mala perpetuum certamen, fidei atq;
 spei cum desperatione acris pugna, sed de-
 fensio salutis eorum admiranda, testimo-
 nio magnifico pietatis, gloriosoq; exēplo,
 vt cum etiam in minimis, priuatisq;, vt
 loquimur, rebus gubernari à Deo hominū
 vitam agnoscamus, ei tamen iustos homi-
 nes omnium seculorum in egestate, in exi-
 lio, inter acerba & extrema omnia curæ
 esse

- esse sentiamus. Quis autem cum denunciante Helia seruata cum filio in publica fame viduam, farina et oleo vi diuina accrescente? Quis eam, quæ are alieno oppressa, vt ipsius liberi in seruitutem à creditore immiti deposcerentur Helesai interuentu, magna olei copia diuinitus scaturiente ditatam, vt & soluendo esset, & ipsa ac filij ex eo viuerent? Quis cum in accenso caminotres iuuenes, inter leones Daniele, in marina belua Ionã innoxie versatũ, Petrũ exolutũ carcere ac vinculis, innumerosq; alios seruatos recordatur, non vim in eo conseruantis Dei apertã atque clarã persentiat? qui inter temporum, & horrenda orbis mala, iustos tantum ab gladio, fame, bestij nocentibus, ac pestilentia animam liberaturos suam affirmat, viuendo viuent, dicit Dominus deus, quod & ipsius verbis Malachia vate est testatũ, apud se ceu monumentis consignatam esse memoriam hominum iustorum, & quoniam eadem sua, qua parentis erga obsequentes
4. Reg. 4.
- Danie. 3.
- Danie. 6.
- Ion. 2.
- Ezec. 14.
- Ezec. 18.
- Mala. 3.

tes filio lenitas futura sit, manifestū omnibus fore, quantum intersit inter iustum & impium, eum qui deo seruiat, & qui ipseus mandatum detrectet. Hac omnia qui contemplantur & agnoscunt, ij coelestium rerum admirandum ordinem, & iustitia aeterna plenum vident. Omnes certe causas latitiae iusti, mœroris improbi homines habent: illorum breuem dolorē, gaudium perenne, horum exultationem momentaneam magnitudo perpetua luctus sequetur. Hoc ille inter horrentes Aegypti solitudines viuens agnouit, quum diceret, nullam omnino in ijs tristitiam esse debere, quibus salus in deo est, & spes in regno caelorum. Tristentur, inquit, ac lugeant improbi, iusti verò semper latentur. Nam si hi qui terrena diligunt, super caducis ac fragilibus rebus letantur, quàm abundans gaudium nostrum erit, qui tanta gloriam spei, & aeternitatis habemus expectationem? Verum eius doctorem DEVM habet humanum genus, proposito exempla diuitis.

Luc. 16.

diuitis, qui in honoribus superbus, in licentia intemperans, & in ceteris vitijs ac flagitijs exultante animo fuit: quum & vestiretur splendide, & quotidie voluptatibus indulgeret, opes, familia, triclinia, commessationes, varia vestis, argentum, mancipia, cantus symphonia, ceteraque res falsæ felicitatis, eum in foueam erroris & exitij induxerant. Iacebat ad diuitis vestibulum Lazarus inops omnium, augebat miseriam graui morbo, cum vlcerosis esset, exasperante etiam calamitate eius inedia & diuturna fame, quam ille non delicijs, quibus alter erat immersus, sed micis, quæ de diuitis mensa decidebant, expleri orabat. In hac graui pauperis sorte, diues ad misericordiam commoueri non poterat, canes misero leuamentum præstiterunt, lingentes vlcera, vt mitior eius dolor esset. Sed Deus abrupta mox fidelis pauperis miseria, ad felicitatem eum euocauit ac cæleste regnum. Verum ille beatus, delicijs suis & opibus longius fru-

ens

ens, tandem defunctus, earum simul & beatitudinis suae finem habuit, ad inferos deiectus. Ibi suspiciens Lazarum in beata vita, ac longè alium ab illo priore vidit, & ab eo paulò ante inhumanè contempto, & immaniter deserto, leuationē summi sui inter flammās mali demissè orare est coactus, vt cui abiectas sub mensam panis miculas denegauerat, is digito in aquam intincto, excruciatī igne infernali linguam refrigeraret. Sed tum ei negatū solatium est, ac grauis eum sententia percussit, Recordaretur se recepisse bona sua in vita sua, Lazarum mala, nunc autem hunc solatio frui, ipsum verò cruciari. Eadem fors quoque alterius opulenti fuit, cuius cum ager vberes fructus retulisset, sic secum cogitantis: Quid agam? cum non habeam, quo fruges meas congregem? Hoc agam, horrea mea diruam, & miora construam, eoq; omnes proventus & bona congeram, atque ita anima mea dicam: Anima, habes multa bona in mut-

tos

Luc. 12.

tos annos condita, requiesce, comede, bibe, indulge voluptati. Quem Deus sic interpellavit, O demens, hac nocte reposcetur à te anima tua. Sed in omni hominū memoria, inque communi vita, harum rerum veritas aeterna, atque tanta extat, quam nulla oratio comprehendere possit, nos ex infinitis sacra exempla adduximus, ut ex fine rerum omnium ac causis, spectari fata utrorumque bonorum et improborum possint. Et quisquam tam leua mente est, ut se summis malis induere potius, quam perpetuo foelix, & coniunctissimus Deo, eius foedere aeterno addictus esse velit? in cuius fide ac tutela ijsunt, qui vitam in perfectione agunt religionis.

Decretorum caelestium ab humano sensu longè diuersam rationem esse. CAPVT V.

Quis non ergo miretur maximam generis humani partem in summa insipientia versari, quum nihil omnino loci Dei auctoritati relinquatur.

tur, ac stultissimo a sensu felicitatis partes deferantur ad eos, qui longissimo teruallo ab ea sunt remoti. Nam si humana suffragia & iudicia vincunt, an non beati & sibi & multitudini videtur? Qui rigidis & ferocibus animis altos spiritus gerunt? Qui sine offensione vita secundo ac prospero cursu feruntur, nullo illorum latitiam interurbante mœrore. Qui opibus inhiant, eas quæ cumulata adsequuntur. Qui si ipsis bene sit, nulla aliorum cura, nulla misericordia afficiuntur. Quorum impura omnis vita ratio, & contaminata scelerum sordibus mentes sunt. Qui ad alienam iniuriam rapacibus animis feruntur, captant omnes vndique disfidiorum & contentionum causas, ut per eos nemini pacatoliceat esse. Qui iustis hominibus propter pietatem infesti sunt, eos quæ & contumelijs fatigant, & maximis iniurijs afficiunt? Horum magni fortunatiq; successus, fascinant quidem animos, & oculos insipientium perstringunt,

E sed

sed firmissimæ rationes adductæ sunt. longiore quàm mens nostra assequi intervallo possit, abstractus esse ab hominum sensu rationes diuinas, eaque causa est.

Esa. 55. quur sacra dicta, & quorum perceptio in animos multorum non incurrit, sæpè parabola appellantur. Nō cogitationes meæ, cogitationes vestre, dicit dominus. Ei uerò ergò audiamus iudicium ac sequamur. Is, eis qui demissis animis sint, cœlum se daturum spondet. Ergò feroces istos ac turbulentos, sempiternis inferorum pœnis addicet, ut deprimantur oculi sublimium, in Domino sperent pauperes populi eius. Mites terram possessuros ait: Excludentur igitur eius possessione truces isti, nec eis continget, ut vitam tranquille ad extremum perducant. Mœrore ac luctu confectos cōsolationē percepturos dicit: qui in obrem iij. quibus leta & fortunata omnia in terris sunt, cōsolationis veræ ad extremum egeres erūt. Qui iustitiã audivis animis sequatur, eorum desideria se exatiaturum pollicetur

licetur, vt in sempiternū tēpus viuat. Nunquam igitur cupiditati eorum satisfierit, qui terrena captant, & ijs solū inhiant: destituentur enim veris & aternis bonis, nec sollicitudinum suarum aut laborum vllō fructus percipient. Iam ijs qui misericordia & benignitate erga alios vtuntur, clementia diuina sua fruenda spem facit. Sentient ergo Deum vltorem inhumani homines ac crudeles, & omni cœlestis beneficentiæ perceptione excludentur. Qui pura mente Deum colant, ijs ad numen suum contemplandum aditum fore ait. Quorum igitur mentes contaminata vitij, & auersa à Deo sunt, nunquam diuino eius conspectu, in quo gaudiorum abundantia est, fruuntur, sed horrore informi, ac perpetua caligine malorum opprimuntur. Qui pacem in terris colant ac persequantur, eos pro filijs se habiturum affirmat. Habent ergo diabolum parentem, qui fœdus illud societatis & benevolentia inter homines violant. Nam in eo indig-

nitā tanta est, vt extra humanitatē omnem sit, nec referri aliō, quā ad eum, quem dixi, autōrem queat, cui proprium est odiſe, quo nomine, & ipse miser est, & qui eū ſequūtur, aeternū infelices erūt, quum à Deo abdicati, eaſdem quas infernales furia pœnas ferent. Ad extremum, eos qui iuſtitia ergō iniurias patiuntur malorum, non beatos ſolū fore affirmat, ſed etiam ſpe præmiorum cœleſtium ad lætitiā inuitat. Gaudete, inquit, & exultate, nam merces veſtra multa eſt in cœlis. O præclaram & magnificam ſortem, deſtinatam iuſtis, vt quorum cœleſtia deſideria atque opera fuerunt, præmia quoq; aeterna ſint, deo immortalibus bonis eos explente ac remunerante, vt poſt exantlatos in terra labores, mercedem in cœlo ferant, ac lætitiā ſempiterna viuant.

Ampliſſimam inter varias offenſas vitæ, ex conſideratione iudiciorum cœleſtium, & amplæ victoriæ

victoriæ spe ipsius Dei semper
 accedente ope bonorum con-
 solationem esse.

CAPVT VI.

QVAE nunc ergo testimonia maio-
 ra quarimus? an non ex his ex-
 ploratum habemus, satis abunde
 in Deo atque innocentia cultu presidij,
 etiam in maximarum rerum esse timore?
 earumque acerbitates omnes cœlesti mer-
 cede superari? Sed quia alia vita bono-
 rum externa, alia intus ratio est, latet ali-
 quo modo utilitas atque fructus, si ad hanc
 vitam referantur res: at si aeterna spectē-
 tur, latitia immortalem rationem, eorū
 verò quæ mentem ac corpus sollicitant, a-
 gritudinum momentaneam esse certò sen-
 timus. Sed aduersus impetum eorum cō-
 muniendus virtute vera animus, & mili-
 tia eius, quæ in terris sub imperatore Deo
 degitur sustinenda incommoda erunt, vt
 victoriæ aeternitas sequatur. Nam &
 Iobi, & permultorum bonorum, quorum

E 3 exēpla

exempla aliqua adducta sunt testimonio,
 militia est humana vita, plena certami-
 nibus asperis piorum, quibus confligendū
 eis assiduū est ad approbationem & exer-
 citationem virtutis suae. Sed solatia, &
 adiumenta, & idonea praemia constituta
 sperantibus in deum sunt, inter duros ac
 tristes labores, quibus fides eorum & sta-
 tus perpetuū agitatur atque impellitur.
 Quam acerbum enim est, virum bonum,
 desertum à notis atque amicis, vndique
 ceu conferto agmine oppugnari, cumque
 incommodis rerum, veluti feris in harena
 commissum, auertere vulnera immerenti
 inflicta, conari obuertere se in omnem par-
 tem ac defendere, esse interea, qui aut ocio
 se spectent, & quod arumnas adauget, eti-
 am calamitose insultent. Ibi inter hor-
 rorem atque terrorem, maximasque dif-
 ficultates animi languentes, prorsus con-
 siderent, nisi ad Deum praepotentem om-
 nium rerum tota mente conuersi, auxi-
 lio eius se sustentarent diuino. Persuasum
 enim

enim habent, deum omnium inspectorem,
 ipsorum certamini difficili ac duro præ-
 sentem assistere, victoriq̄ue coronam appa-
 rare gloriæ nunquam desitura. Praclare
 Prudentius de Romano martyre,

Excepit astant angelus coram Deo,
 Et quæ locutus martyr, et quæ pertulit.
 Nec verba solum differentis condidit,
 Sed ipsa pingens vulnera expressit stilo,
 Laterum, genarum, pectorisq̄, et faucium,
 Omnis notata est sanguinis dimensio.
 Ut quamq̄, plagam sulcus exarauerat
 Altam patentem, proximã, longã, breuẽ,
 Quæ vis doloris, quiuè segmẽti modus.
 Guttam cruoris ille nullam perdidit.
 Hic in regestis liber est cœlestibus
 Monimẽta seruans laudis indelebilis,
 Relegendus olim sempiterno iudici,
 Libramine æquo, qui malorum pondera
 Et præmiorum comparabit copias.

Hæc ille prorsus verè ac diuinè de mar-
 tyrum coronis. Sed non multo inferior
 aut martyrij ratio, aut pœnæ modus est eo

rum, quorum corporibus etsi vis nulla inferatur, tamen animi urgente Dei flagello, assiduo infestantur & excruciantur, ut ab tristissimis cogitationibus atque curis nunquam interquiescere possint. Ad eas pœnarum acerbitates, & mitiganda animi vulnera, certa curatio adhibenda est, eaque auxilia conquirenda sunt, quae autoritatibus testimonijs quae diuinis, aduersus malorum sensum decertent. Quãobrem ad omnem auferendum dolorem, nihil valētius, quàm animo atq; memoria fixum tenere, Eius adprehensionem felicitatis, cui destinatus est homo, in religionis eorumq; quae dei ratio docet, obseruatione solam esse sitam, hanc ut sequamur, improba facta vitemus. Nam in his nullus boni sensus, sed omne molestiarum supplicium est atque pœna: at exuberans honorū in virtute vis est, quae omnem mœrorem elidit, & mentem religiosa cognitione ac scientia illustrat, quae capta ac delinita, sequitur eam vitã, in qua beatitudinis momenta omnia insunt.

Colle-

Collectio superiorum, & quantum momenti in sanctè viuendo sit, obliqua enarratione psalmi primi. CAPVT VIII.

Ocognitionem suauitate aeterna ac diuina plenam, qua expetenda vna est, & qua profunda atque abdita sapientia tua Deus omnipotens patefacit. Viuunt in tenebris omni errore implicati, quorum pectoribus ademptus est spiritus tuus. Verùm hac scientia à sede ac solio tuo demissa, viuunt pie mentes, cõiunctæ tibi fœdere ac testamento aeterno. Hac scientia cùm cœlum terra squè cõderes, præ- Sapien. 10.
sens aderat, & spiritu sancto tuo è sublimi in hominem demissa est, sed ille hac deserta, in iniustitiam & ignorationem manifestam abs te nefariè defecit, inciditq; in statum eum, qui secum assiduo deferret monumentum insipientiæ & miseriæ suæ. At tu Deus errantem in vias rectas deduxisti, & effecisti, vt sanctorum cape-

E s ret

ret cognitionem, ac per arumnas aditus
 ipsi ad tuum regnum fieret. Deductum
 enim per vias tuas seruasti, & mercedem
 ei laborum suorum reddidisti, gloriamq;
 aeternam per filij tui IESV CHRISTI
 sanguinem ac mortem conciliauisti. Hec
 vberissima merces est iustorum, liberans
 eos gloriose, & in caelum attollens, tum
 cum impios indignatio seua tua, ad ex-
 tremum persequetur. Recordemur er-
 go, in quem finem vtrorumque desinant
 via, & amplissima Dei luce perfusi, cum
 Dauide statuamus. Et si omnia plena ma-
 lorum sint, quibus vniuersi mortales fata-
 li lege vrgeantur, nullam tamen veram
 foelicitatem ijs vnquam desore, qui volu-
 tates suas ab improborum rationibus a-
 uertunt, nec se ad illorum consuetudinem
 actiones que adiungunt, aut turpitudine
 vitiosorum sequuntur. Nam quibus cu-
 ra sit, vt omne aetatis ac vite sue tempus
 in obseruatione voluntatis diuina consu-
 mant, eos fructiferarum arborum instar,
 qua

que iuxta fontium riuulos confite sunt,
 vberè pietatis suæ prouentu largos fru-
 ctus fundere, sic vt ex illorū virtute, ad ho-
 minum vitam, vtilitas summa redundet,
 & secundo rerum omnium euentu, prospe-
 ritas illorum, ceu frondium semper viuen-
 tium, & quæ nullo ventorum impetu de-
 fluant, firmitudo æterna sit. Sed malorū
 longè diuersam rationem esse Etenim
 calamitatum auram, horum fata ac for-
 tunas, vti puluerem ac stipulam, quæ ven-
 to in desertis vastisq; locis raptatur, celeri-
 ter disijcere, ac fore aliquando diem, quū
 illi iudicij diuini, ad quod omnes morta-
 les sistuntur, iustam seueritatem sustinere
 non poterunt, sed ab cœtu eorum, qui pro-
 pter iustitiam ac fidem in Deum æternis
 bonis affluent, procul semoti erunt. Deum
 enim bonorum virtutem valde amare, at
 malorum vitam execrari extremè, vt illi
 semper beati sint, hi verò pereant, suaquæ
 eos impietas euertat. O discrimen ingens
 bonorum & malorum, quod scriptura

E 6 sancta

sancta crebro commemorat, ad consolandum ac deterrendum, & à Davide est adductum, ut cum relaturum vnumquëq; præmij ac pœne tantum, quantum fuerit meritus, diuinitus comprobetur, æquo animo & maiore spe viuant boni, mali vero ad meliorem se mentem referant: eo autem contempto, etiam in hac vita impiorum persentiant pœnas, quibus addicendi in perpetuum à morte corporis erunt.

Secundis malorum bonorumque aduersis rebus, quibus rationibus confirmandus animus, paraphrastica interpretatio, Psalmi 72. CAPVT VIII.

Hic ergo diuina iustitia constans & immutabilis est ordo, non fraudatum bonis Deum pios, nec debito supplicio improbos. Confidant ergo omnes, qui seruiunt Domino, ac testimonio se dei confirment. Omnibus quidem propozita est à Deo

Deo conseruatio. Vtitur ille erga vniuersa
 benignitate sua: sed tamen aternam mi-
 sericordia vim in eos maximè profundit,
 quorum mentes à vitijs ac labe terrena,
 pura & incontaminata sunt. Nos quidè
 inscientia rerum in summam offensionem
 sepe adducimur, vt minimum absit, quin
 à recta animi sententia, in errorem impi-
 um delabamur, & in Deū delinquamus.
 Grauius enim commouemur, cum ani-
 maduertimus malos homines secundis, &
 ad spem fluentibus rebus vti, nec quietem
 eorum vllis molestijs interrumpi, salua
 eis omnia ad vita finem, atq; exitum esse.
 Nec solùm eos communium malorum ceu
 lege solutos, verumetiam vita placide de-
 functos, fortuna sua amplitudinem ad po-
 steros propagare & extendere. Vnde illi
 animis efferuntur, vt omnia in diuitijs &
 honoribus ponant, vt apud eos omnes ille-
 cebræ sint, & vigeant noxiarum cupidi-
 tatum studia, quibus se ceu veste tegunt,
 oculis etiam ac vultu magnificè elato, ip-

scum fortunam omni clade altiore esse
 arbitrantur. Nam & ad alienam iniuriã
 se vertunt, & mente ac lingua, nequiter
 flagitioseq; vtuntur, & diuina autorita-
 te contempta, æternum ipsius numen la-
 cessunt, sic vt ipsorum aduersus Deum atq;
 homines contumelia, orbem peruagetur.
 It. que multos habent, qui admirètur eos,
 ac sequantur, & prauas opiniones, ceu pe-
 stiferum succum imbibant, vt vim omnẽ
 diuinam tollant, & in illa improborũ fe-
 licitate, Deum nullam honorum & ma-
 lorum rationem habere putent. Ac nos,
 hæc aliquando ea mente, eoq; cõsilio ver-
 samus, vt magna animi offensione frustra
 nos in colenda pietate, innocentiaq; re-
 tinenda, curam & spem collocasse arbi-
 tremur: nos miseros, nos afflictos, nos pro-
 stratos, in omnes horas ac dies malorum
 acerbitate flagellari conqueramur. Atq;
 ita conditio illorum misera à nobis existi-
 matur, qui tamen à Deo pro filiis habentur.
 Sed nulla nos animi agnitioue, nullo
 sensu,

sensu, veras rerum causas asequimur, do-
 nec mentem ab humanis cogitationibus
 ad sacra arcanorū coelestium adita, qui-
 bus prouidentia diuinæ ratio continetur,
 referamus: tum enim fines, exitusque re-
 rum considerantes, certò cognoscimus, flu-
 xa esse & lubrica, quibus illi nituntur, ac
 Deum has ab ipsis poenas exigere, vt sua
 eos delicta internecione conficiant. Hoc
 ipsum, & ex omni aternitate fieri, & ce-
 leriter euenisse constat. Illam etiam fu-
 catæ felicitatis imaginem, non secus atq;
 inane somnium euanuisse, honoribus ac
 dignitate eorum è cœtu hominum subla-
 ta. Sed istarum rerum inscientia sepe ani-
 mo fluctuamus, & rationis officio ferè de-
 stituimur: tandem verò perspicue agnosci-
 mus, nos Deo curæ esse, prouidentia eius
 regi, ac demùm superatis omnibus aduer-
 sis, ad eum summa cum gloria aditum no-
 bis fore. Hanc ergò tantam honorum
 vim nobis in cœlo positam esse sentimus,
 quam Dei beneficio adsequemur, cui: ter-
 rena

rena omnia posthabenda sunt, quum omne robur ac firmitas in Deo posita, eaque nobis perpetua hereditatis loco sit cessura. Cum igitur nihil certius sit, quam summum interitum eos manere, qui se à Deo auertunt, referenda eò omnis animi vis est, vt voluntatem diuinam in omni vita sequamur, atque in eius misericordia acquiescentes, illam cœlestium operum admirandam vim perpetua laude celebremus.

In futuræ fœlicitatis recordatione ac sensu, humanarumque rerum despicientia, animorum placidissimam esse pacem.

CAPVT IX.

HVic igitur religioso instituto, omnis impendenda est ætas, vt fiducia in Deum nō excitetur tantum, sed etiam augeatur & crescat. Ac ne vllū temporis punctum hunc sensum auferat, qui bonam in Deo spem impleat, et omnia
eius

eius subijciat voluntati, inter exortus cogitationum, statim vt ille grauiores fient, & ad malum appellent, dubitatio omnis ad hunc modum atque his meditatiſ diſſoluenda eſt. Veni in hunc mundum abundantem malis, à quibus quid eſt, quod me præter Dei clementiam poſſit tueri? Sed quomodo aditum ad miſericordiam faciam mihi? qui vitijs tontaminatus ſum, & in cuius omni vita iniuſtitia eſt, qua inſœlici mihi miſeriã adauget, et rerum aduerſarũ mala omnia adfert, vt nõ immerito angar, & egritudine aſſidua laborẽ. Sed applicabo ad Deum me, plorans ac gemens, meisq; delictis veniã, & malis leuationẽ orabo. In omnibus creatis rebus Dei elucet bonitas, & iuſtitia & prouidẽtia, memor ergo creationis ſuã erit, et operi manuũ ſuarum porriget dexterã, ne me demergat tẽpeſtas aqua, nec abſorbeat me profundũ. At tu pater cœleſtis, cuius oculi luſtrãt & perſpiciunt omnia, ab illa æterna ſede, & ſolio gloriae tuã, me vide, & humilita-

Pſalm. 68,

humilitatis meae miserere. Audi inuocantem me, & inter hos acerbos casus vitae, quibus à die ad noctem vsque conficior, intende mea saluti, & tribue misericordiam recoleenti nomen tuum, ablata per tuam gratiam hac, iure abs te irrogata poena. Aufer hanc grauem tuam manum, illa me miti dextera, in qua salus est ac vita omnibus habitantibus in terra, iacentem, prostratumque humili, attolle, & diruptis vinculis malorum, educ ex hac mortifera valle, profundisque tenebris in lucem illam, quae plena splendore sempiterno, tuaque celesti ope est beata. At cum nunc deiecta mens sit terrore omni ac metu, consolare me miti affatu tuo, ut viam praec-

Psalm. 118. ptorum tuorum sequens, ad tua erigar promissa, nec pra anxietate in vllam abs te dissidentiam deflectam. Ita conducet hac afflictio, ut tua mandata discam, & letitia salutaris tui interne au-

Psalm. 50. tior fiam. Ac iam videor quasi princepe

pe tuo spiritu impleri, qui molestiam
 omnem agra mentis auferat, vt signum
 tuum, quod in frontibus omnium gemen-
 tium ac dolentium est, propter iustiti-
 am tuam persentiam, quod ab summo
 me malo seruet, & in coelum ferat. O
 expectatas meas spes, ablato errore om-
 ni mentis, tenebrisque ijs, quas huma-
 na caro cogitatione diuturna offudit,
 discussis. Proposita enim mihi est in deo
 summi boni beata spes, consolatioque ea,
 qua nullam presentis atque vrgentis ma-
 li grauitatem reformidet. Itaque do-
 minator Domine, ad cuius nutum pra-
 esto omnia sunt, me manus, precesque ten-
 dentem ad coelum, & ad te referentem
 omnia, a funesto excidio serua, & discus-
 sa nube perpetui mœroris, ex fluctu mi-
 seræ vita libera, vt te semper adorato et in-
 uocato, corde contrito, & humiliato sacri-
 ficium in terris, ad tuam laudem semper
 faciam, ac tandem absterfa omni ex me-
 is oculis lachryma, beatitudine destinata

ab

ab aeterno electis tuis in caelo viam. His sanctissimis cogitationibus atque factis, ceu praesidio communienda, & obfirmanda mentes sunt, quum aut improborum splendore, aut suis malis, tanquam tormento oppugnantur. Quod si non adumbratas, sed veras formas sequamur rerum, nec tam praesentes arumnas, quam consequentis temporis felicitatem spectemus, adsequemur id, ut mentes nostrae, nullo vnquam sensu doloris expugnentur, sed letitia incredibili semper abundant.

Sublatæ ad cælum, inque Deum defixæ mentis consideratio explicata paraphrasi psalmi 26. CAPVT X.

SI ergo nullum in virtute verum dolorem, nullam in scelere solidam letitiam esse videmus, si Deum immensa potentia magnitudine, infinita clementia vi, sempiterna felicitatis perceptione affluentem, rectorem vitæ, & acti-

affionum nostrarum inspectorem et moderatorem habemus, quid nos afflictiamus? quid ingemiscimus? reuocemus potius animū à mœrore, & quanquam ingentibus sapè malis, ceu alta quadam caligine oppressi, & circumfusi simus, tamen certò statuamus, Deum lucem salutemq̃ nostram esse, cuius omnia imperiū sentiunt, & in cuius manu est, etiā ad inferorū re- **psalm. 26.**
motissima abiectos in cœlum attollere. Is enim si auctoritatem eius sequamur, in omni calamitatum horrore, clarissimū misericordiae suae lumen, praeferet mentibus nostris, nec ad incolumitatem solū aditum faciet, verum etiam ipsa salus nostra erit, vt nihil metuendum sit, nosq̃ in eam adducet securitatem, vt obfirmatis animis agnoscere hoc diuinum beneficium queamus ac dicere, quem timebimus? Cū enim certò agnoscamus vitam, fortunaq̃ nostras, ei cura esse, salutemq̃ eius auxilio defensam, nulla amplius molestiae egritudinesq̃ malorum pertimescendae,
nec

nec ad eorum vim trepidandum erit, et si ea tam infesto in nos impetu ferantur, ut vix in tantis rerum angustijs aliquid loci fiducia relinquatur. Sed omnia in ventū vires suas effundunt, bonis enim ea præsi dij firmitudo est, et si ab doloribus atq; ærumnis velut exercitu oppugnentur, ut tamen animo sint tranquillo: si vnū imbellē multi robore præstantes appetant, huic tamē victoria atq; summa atq; ampla spes in Deo sita sit. Animi certè nostri, cum et Dei magnitudinem, & suam indignitatē agnoscunt, sentiūt se fatali lege obnoxios esse ærūnis, eoq; omnes vires colligunt, ut meritas plagas, quas ipsi peccator ū suorū pœnas esse agnoscūt, & imminentē aduersitatum tēpestatem à se auertant, quoniā autem ad hoc conficiendum, ex illis, quibus mortales confidunt rebus caducis, nihil auxiliij percipi potest, implorandus est Deus, ut in hac tanta fragilitate benignè nostueri, atq; in ipsius familiā ac sempiternum domum adsciscere velit. In eo enim

enim solo omnis fœlicitatis apprehensio est, etsi hominibus mundo addictis fœcūs videatur. Sed his aliqua nōdo vinculis nos liberatum iri, ac templa Dei sancta, domicilium beatarum mentium visuros & adituros esse, certò statuamus. Intereà autem dùm in terris, cum his luctamur ac pugnamus malis, summus cœlitum atque hominum rex, nos ad se receptos, ceu tabernaculo intimo suo occultat, vt inter vrgentes arumnas, præsens defensor sit, ac nostri propugnationem suscipiat. Itaque auxiliij sui diuini spe fiduciaque innixos, ceu in eminentem, & firmissimam petram statuit, & altè effert, depressis ijs, qui aut voluntates suas, aut nocendi vim, ad nos opprimendos conuertunt. Quare & præsentium bonorum, quæ beneficio eius diuino adsequimur, & futurorum, quum malis omnibus superatis in cœlum attollemur, perpetuò memores, offeremus DEO cor contritum & humiliatum, ac
ceu

ceu maētata gratitudinis hostia laudem
 seruatori DEO dicemus: quicquid etiā
 aut corporis aut animi virium, ipso
 autore adsecuti sumus, ad eum solum ve
 nerandum & colendum vertemus. spe
 randum enim est, sempiternam erga nos
 clementiam eius fore. Quod si qua ali
 quando calamitas, aut voluntate ipsius,
 aut delicto nostro interuenerit, orandus
 est, vt nos benignè respicere, & exaudire
 velit, numen eius clamore lugubri ac ge
 mitu implorantes. At si victi aliquando
 magnitudine malorum, vix vocem adere
 praemetu possumus, etiam silente lingua,
 animo & vultu ad ipsum vertemur, &
 faciem beneficentiae eius, qua omnia se
 renantur, requiremus, & orabimus, ne
 illam auertat, nec nos ipsi seruitute ad
 dictos, confici malis finat, sit adiutor, neq;
 nos deserat, in vltimas arumnas proie
 ctos, quibus quotidie noua aliqua egritu
 do oritur, quae excruciet animum ac ve
 xet. Sensim certè nobis in hac longinqui
 tate

tate vitæ, præsidia subducuntur, illa etiã singularis voluptas, quæ ex parentum dulcissimo affatu percipi solet, ipsis mortali corpore exolutis aufertur, vt planè ab eis, qui nos tueri solebant derelicti simus, sed cœlestis pater in eorum locum succedens, nos amplectitur, & mortalibus solatijs orbatos, immortalibus beat. Hac vt fœlicitas aeterna nobis sit, orandus est Deus, vt inter vitæ vias difficiles, tenebrasq; malorum & errorum, lumen gratiæ suæ præferat menti nostræ, vt voluntatem ipsius sequamur, nanquam ab ea deflectamus, verùm ea insistamus via, quæ nos superatis omnibus aduersis, ad ipsum rectè deducat, vt fœlicitatem perennem, secundo sine vitæ offensiõe cursu adsequi possimus. Sed quid querimus? cùm certi simus, Deum vitæ, fortunæ, nominis, salutis nostræ autorem & parentem esse? eoq; conseruatore euasuros nos, ex immensis molestijs, & ad illas, verè & in sempi ternũ viuentium oras penetraturos esse, vbi

F nullas

nullas amplius miserabiles voces adamus,
sed ad dei conspectum admissi, omni eter-
tate viuamus, & immortali gratia, le-
titia ac pace fruamur. Itaque expecte-
mus salutarem, & nulli vnquam suppli-
ci, denegatam opem diuinam, ac dei in-
nitamur promissis. Is certè prapotentè vi-
sua, consolationem cœlestem ac diui-
nam ostendet, robur addet animis
nostris, & eterna nos salute
donabit. Expectemus salu-
tarem Dei opem.

FINIS LIBRI
secundi.

Elenchus

123
ELENCHVS CAPITVM
libri tertij.

A Nimum natura ad quietem et
fœlicitatē spectare, verūm eā
in vita plenē percipi nō posse.

CAPVT I.

Bonorū constantiā recordatiōe
mortis nō euerti, sed recordatione
æternitatis, bonorūq; cœlestium,
confirmatiōe fieri. Cap. II.

In deo, eiusq; diuinis promissis,
cōsolationē omnē esse. Cap. III.

Domini Iesu seruatoris exortu,
omnibus ad cōsolationē, fœlicita-
temq; sempiternā aditum factum.

Caput III.

Testimonijs sacris ad verorum
bonorū perceptionem viā osten-
sam, eamq; signis ac voce diuina
confirmatam. Cap. V.

Animos piorū ex consideratione
superarum ac cœlestium rerū inui-
ctos fieri. Cap. VI.

F 2 Tole-

Tolerantiam præsentium ærumnarum, et expectationem futurorum bonorū, beata immortalitate proposita animi firmamenta esse.

CAPVT VII.

Omnia Deo posthabenda, inq; vno eo acquiescendum, cū deprecatione culpæ, Dei que imploratione.

CAP. VIII.

De Noe in arca seruato, tempore diluuij, columba emissa, ea que ramum oleæ sub vesperum deferente, quibus & piorum ærumnæ significatæ sunt, Dei que ad eos seruandos gratia ostensa.

CAP. IX.

Dei imploratio, ad auertenda merita mala vitæ, gratiam eius, & immortalis vitæ scælicitatem impetrandam.

CAP. X.

DE

DE CONSOLATIONE
iustorum liber tertius

Animum naturā ad quietem &
fœlicitatem spectare, verūm
eam in vita plenē percipi non
posse. CAP. I.

INter omnia quibus humanus ani-
mus distinetur, videmus eum sin-
gulari quadam vi, cupiditateque
naturæ tendere ad fœlicitatem, &
hunc laborum suorum finem spe-
ctare, vt benè ei sit, & habeat vbi interqui-
escere possit. Ex quo graue atque ingens
humana miseria est argumentum: nam si
presentia animum explerent, non esset,
quo spem suam longius extenderet, & ea
desideraret, quibus ei melius fore putaret.
Quamobrem in hac indigentia rerum, cō-
ditionisque corruptione, spes hominum
ac vota, ad fœlicitatis alicuius maioris
adsequendum finē feruntur. Posteaquā
F 3 enim

enim peregrinamur à Deo, non inueniunt
mentes nostra certum & quietum inter-
ris consistendi locum, semper vt astatem
procella ac tonitrua, sic omnem vitam tē-
pestas malorum perturbat. Inter eas diffi-
cultates & angustias rerum, discessus e vi-
ta ac mors, quae animam à corpore disun-
gat, imminet, prorsus ineuitabili, nec vllis
remedijs superabili malo. Verum, vt demō-
stratū initio est, hanc corporibus naturā,
non dei voluntas, sed hominis scelus dedit.
Eius prauaricatione inuecta mors est, quae
quantum aspectu percipi potest, totum ho-
minem extinguit ac delet. Hoc quidem

- Ad Ephe. 5.* improbis, quos diffidentia & incredulita-
Ad Colo. 3. tis filios Apostolus vocat, ingēs est malū:
priuantur enim cōmodis vitæ, eaq̄ que
chara habuerunt, amittunt: verum illud
Apoc. 2. 21. peius, quod alter eis interitus, isq̄ sempi-
ternus animorum est subeundus, stipendi-
3. Pet. 2. um peccati, premium scelerum, iniustitia
merces. Non mirum ergo, si cū ad
grauiores deposcuntur pœnas, exhorrent
hæc

hanc, quæ corpora interficit mortem, mali: nam iusta nimium eis causa est terroris, grauiſſimorum, quibus se contaminârunt & inquinârunt flagitiornm recordatio, ac meritorum pro ijs suppliciorum metus. Ad cuius enim confugient *Eſai. 10:* auxilium, in die, vt propheta inquit, viſitationis, & calamitatis à longinquo veni *Prouerb. 1.* entis? Quomodo ad Dei tribunal, ad quod *Ad Ro. 14.* omnes adducemur, conſistent? Quo- *2. Corin. 5.* modo Dei aſpectum, à cuius se voluntate *Oſea. 7.* tota vita auerterunt, conſcclerata conſcientia ferent? O inſœlicem ſtatum, & quo nihil eſt omnium terribilius, vt multò ſatius eſſet, nunquam natos fuiſſe, quàm ad hoc extremi mali exitium deueniſſe.

Bonorũ cõſtantiam recordatione mortis nõ euerti, ſed memoria æternitatis ac bonorum cœleſtium, confirmatiorem fieri. CAP. II.

Sed hæc rerum fata sunt, vt mali nullo vnquam tempore, sensum malorū amittant, bonis contrā, nō solum incommodum ex eis nullum sit, sed ne memoria quidem sit grauis. Vniuersa certè iusti hominis vita, commentatio mortis est, diligenter cogitantis, reddendum esse, quod vtendum à Deo accepit, ac fore propediē, vt his quibus alligatus est, vinculis exoluatur ac liber fiat. In sacris supplicationibus, quæ in Ecclesia, more maiorū laudato exemplo fiunt, crux præfertur, illā vexilla sequuntur, tum cœtus hominū, aut supplicantium Deo, aut eius numini laudes canentium. Imago est in ijs vita periculorum, sit quotidie ingens ad mortem progressio, sed post eam militiam, certamina, quæ confecta, victoriæ æterna signa attolluntur. Constituti sunt vita humana termini, qui præteriri non poterunt, vt omnes moriamur, ac quasi aquæ dilabamur in terram: Et vigilandum omnibus sit, incerta die, ignota quæ omnibus hora, qua euocandi

Iob.

2. Reg. 14.

Luc. 12.

Marc. 18.

euocandi ad iudicium. sistendiq; CHRIS-
 TOS sumus. Tunc enim post exantlatos Ad Heb. 9.
 in Dei vinea labores, tempus recipienda
 mercedis erit, ad quam suos Deus bona cū
 spe inuitat. Vt enim frondente ficu a sta-
 tem sequi, ita mox liberationis eorum, ac
 redemptionis tempus adfore, vt capita Marc. 13.
 sua deiecta arumnis, nunc lati attollant,
 recepturi ab iusto iudice coronā iustitię,
 ad quam illi in vita contenderunt. Sed
 mortis interuenit tempus, & absolutio isti
 us molis corporeę, vt ea gloriose iterū exci-
 tata, iam sublimior & immortalis se infe-
 rat in cælum. Admirabilis iste vt cetera-
 rum omnium rerum est ordo, quem Deus,
 cuius voluntati vniuersa præsto sunt, finē
 iustitię suę voluit esse, inspirante eo, ac su-
 os magnis mysterijs implente. Ezechiel Ezech. 42.
 propheta se diuino spiritu in latam plani-
 tiem, quę osibus plena, constrataq; esset,
 eductum ait, atque his vndiquaque lustra-
 tis, interrogatum voce cęlesti, num existi-
 maret fore, vt ossa illa arida victura sint.

F 5. Quod

Quod cum ille in Deo positum esse diceret, iussum fuisse affirmare, ut hoc fieret. Mox ossa illa ordine iterum suo compacta reuertisse, ac deinde instante dei spiritu animata facta fuisse. Ad eundem etiam modum, iustorum salutem sibi cura fore, ac de sepulchris excitanda corpora deus dixit, & in suam tetram collocanda, qua destinata sedes est caelestium animorum, unde illi ortus suos habuerunt. Atque haec illa est fiducia, quam Iob, cum ei omnis spes ablata, atque ipse desertus esse omnium auxilio videretur, in suo sinu repositam esse dixit. Ascendet ergo tum in caelum exultatio iustorum, & capita sua etiam supra nubes attollent: cum e terra puluerulenta resurgent ad vitam aeternam, lucebuntque, ut stella sempiternis temporibus. Nulla igitur impiorum partes sunt felicitatis, falluntur enim peruersitate sua, & cum a recta ratione dissentiant, fundamentum, ut ille ait, in aqua ponunt, nec ad veri boni perceptionem peruenire possunt. Ut enim his ad
damna-

damnationem & inferos mors via est: ita gradus est iustis ad æternam vitam: vt inde solatia sua ducant, quoniam certam et in Deo constitutam spem immortalitatis sua ac gloriæ habent. Moriuntur quidem, at resurgent mortui tui Domine: visuri cœ *Psalm. 8.*
 los, opera digitorum tuorum, lunã et stellas abs te cõditas: vbi regio est ac sedes corporum glorificatorum, eorumq̃, qui iam angelis similes erunt: & in tuo conspectu collocati ac regno, videbunt te æternũ ad omnem æternitatem Deum: incomparabili, & cuius magnitudo nullis cogitationibus subijci potest, premio. Cupiunt ergo ab hac mortalitate dissolui, & tecum IESV CHRISTE esse, vt superatis carne et sanguine, triumphat oq̃ mundo, veniãt ad promissa, percepturi abs te fructum probitatis & patientiæ suæ. Tradamus ergo nos tibi ô pater noster, cœli terraq̃, Domine, in quo vita, & beatitudo nostra est, quam nulla mortis euincet vis, aut inferorum potentia euertet.

In Deo, eiusque diuinis promissis consolationē omnē esse.

CAPVT III.

Quid ergo illud est, quod impressum in animis piorum, pellit timores, aegritudines aufert, nullum malorum sensum relinquit, spes illorum confirmat, & totos eos letitia perfundit? Deus est, cuius cum illi ex operibus magnifici, & ordine vniuersi, ac conuersione admiranda rerum, immensitatem atque curam in omnia se extendentem, ab ipso adiuti agnoscant, colunt eū ac diligunt, eiusque voluntatem diuinam in omni vita sequuntur. Ex hac religiosa obseruatione fiducia exoritur, quā cōscientia recti alit, vnde securitas ac quies, in qua fundamentum est consolationis, quae aeternitatis & bonorum caelestium spe, quotidie confirmatur & augetur, vt sit quod propheta ait, opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium, & securitas in sempiternum. Quis autē hac desideria ac vota nō confirmatio-

Esa. 32.

maior a fieri existimet? cum semper cura
 tio accedat Dei, ipsius etiam sermo ab ipsa
 aternitate, & multis ab hinc seculis e coe-
 lo ad nos perlatus, hanc speratam bonoru
 abundantiam, non tantum stabiliat, sed
 in omnium gentium ac populorum conspe-
 ctu ponat. Vox ipsius est Dei ad Abraha-
 mum fidem eius secutum, Noli timere, ego Genes. 15.
 protector tuus sum, & merces tua magna
 nimis. Ego Deus omnipotens, ambula co Genes. 17.
 ram me, & esto perfectus, ponamque fo-
 dus meum inter me & te. Ad Isaacum, Gene. 26.
 Ero tecum & benedicam tibi, Et ad eun-
 dem, Noli timere, quia ego tecum sum. Ad
 Iacobum, Ero custos tuus, quocumq; per- Gene. 28.
 rexeris. Et ad Moysen, Vidi afflictionem
 populi mei, & clamorem eius audiui, & Exod. 3.
 sciens dolorem eius, descendi ut liberem eu.
 Ego Dominus pepigi foedus cum eis. Ego
 audiui gemitum filiorum Israel, & re- Exod. 6.
 cordatus sum pacti mei. Ego Dominus, Exod. 19.
 qui educam vos de ergastulo Aegyptioru,
 & eruam de seruitute, ac redimam in bra-
 chio.

chio excelsa, & iudicijs magnis, & assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus. Et scietis, quia ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum. Si audiueritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in populum, de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et ad eundem, Facies mea praeceget te, & requiem dabo tibi. Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine Domini, coram te, & miserebor, cuius voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Ego Dominus deus vester, custodite leges meas atque iudicia, quae faciens homo, viuet in eis. Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. Et ad Iosua, Non te deseram, neque derelinquam. Ecce praecipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & nolite timere, quoniam tecum est Dominus deus tuus, in omnibus, ad quaecumque perrexeris. Ad Dauidem, Requiem dabo tibi ab omnibus

Exod. 3.

Num. 14.

Iosua 1

2. Reg. 7.

nibus inimicis tuis. Ad Salomonem, Postu³. Reg. 3.
 la quod vis vt dem tibi. Et ad eundem, Ex-
 audiui orationem tuam & deprecationē³. Reg. 9.
 tuam. Et ad Ezechiam, Noli timere à fa-⁴. Reg. 19.
 cie sermonum, quibus blasphemauerunt
 pueri regis Aegyptiorū me. Ecce ego mittā
 ei spiritū. Addamus aut ad hæc omnia cō-
 firmāda illud dei verbis est Abrahamū, ac Genes. 8.
 deinde Ieremia internūcio, aterna fide di Ierem. 32.
 ctū, Ego dominus vniuersa carnis, nūquid
 mihi difficile erit omne verbū? Sed ipsum
 Oceanū exiguo alueo includere velit, qui
 adducere ea omnia conetur, quibus ab
 ipso mundi exortu. & subsequentibus secu-
 lus spē piorum excitauit Deus ac cōfirma-
 uit, vt illi quidem etiam in hac vita ma-
 jorū aspicerent ruinas, & tamen inter om-
 nia, erecti, celsiq³ remanerent.

Domini Iesu saluatoris exor-
 tu, omnibus ad consolationem
 felicitatemque sempiternam
 aditum esse factum.

Caput

Luc. 2

Genes. 3.

VEniamus tamen etiam ad prosperū
illud ac salutare tempus, quo Deus
filio ac seruatore Iesu demisso in ter-
ras, benignitatis diuinæ magnitudine om-
nia est complexus. Hanc ætheri spiritus ac
Dei administri angeli, enunciarunt mun-
do, & pastores insolita luce noctu persusos
affati, vt metum omnem deponerent iusse-
runt. Se enim magna letitia nuncios
ipsis esse, qua letitia ad omnes homines
peruentura sit, seruatore orbiterrarum
nato. Mox etiam suauissimo hoc vocum
concentu, aëra & terras impleuerunt, Glo-
ria in altissimis Deo, & in terra pax, ho-
minibus bona voluntas. O letum nunciū,
ô foelicem diem, qua restituta omnia diui-
nitūs sunt, qua perturbata & euersa con-
silijs diaboli erant. Ille hominem diuini-
tatis adsequendæ spe falsò impleuerat, vt
in foelicem faceret, & deformato opere di-
uino, gloriam Dei imminueret. Ille pacem
è terris, quibus maledictum in opere homi-
nis

nis voce diuina fuit, profligauerat, ille vo-
 luntatem hominis bonam effecerat malā.
 Sed Dei honos auctus, sempiterna clemen-
 tia laude, restituta terris pax, reconcilia-
 to hominum genere Deo, & voluntas con *Ad Rom. 5.*
 firmata, vt se vitijs exutam, cum mente
 diuina coniungeret, & aeterna spectaret.
 O praeclarum & dignum Dei immensita-
 te donum, cui cedant omnia, quae toto or-
 be terrarum, aut magnificentia admirā-
 da, aut delectatione iucunda, aut vtilitate
 expetenda sunt, nihil horum, quorum om-
 nis fluxa ratio est, conferri vlla ex parte
 cum eo potest, quod immortale est atque
 aeternum, quo omnis gaudiorum vbertas,
 consolationis, spei ac salutis est comprehen-
 sa. Sed ipsum audiamus, hanc tantam
 bonorum vim, beneficentia summa vltro
 omnibus offerentem Deum, Venite ad me
 omnes qui laboratis & onerati estis, et ego
 reficiam vos. Tollite iugum meum super
 vos, & discite à me, quia mitis sum, & *Matth. 11.*
 humilis corde, & inuenietis requiem ani-
 mabus

mabus vestris: iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Ingens est humana culpa, & ceterorum vitiorum, peccatorumque onus, summa ex ijs rerum omnium & vite perturbatio, quã depellere vis nulla humana possit. Iam, qui humana spectant, & cœlestia contemnunt, graue iugum perferunt, quod eis peccatorum moles, & Deo aduersaria voluntas imponit, refertum curis & omni genere sollicitudinum, quae eos nunquã respirare, nunquã optata quiete frui sinunt. Hunc tantum laborem filiorum, quamuis ab ipso dissidentium optimus parens vidit & indoluit: contulit ad eorum salutem omnia, vt molestia eos liberaret, et beatos faceret. Ad hoc agendum & spontè propensus est, & omnes inuitat: communio enim est inter omnes malorum, quoniam omnes peccauerunt, eorum sanationem ab se vno petendã esse demonstrat, nemo cõditionis suae indiguitate animum à spe, ac fiducia remoueat: amplectitur enim omnes summus ipse
Deus,

Ad Rom. 3.

DEVS, vt ex angustijs eos malorum in
 latitudinem educat, afflictos & oppres- *Psalm. 18.*
 sos erigat, ac grauissimè agros reficiat.
 Si vita incommoda, varietatemq; malo-
 rum sentimus, sentiamus & curationem
 eorundem, eamque non in rerum caduca-
 rum, sed cœlestium expectatione atq; spe
 sitam esse existimemus,

Testimonijs sacris ad verorum
 bonorum perceptionem viam
 ostensam, eamq; signis & voce
 diuina confirmatam.

CAPVT V.

AD huius ergò facillimam percepti-
 onem, ne de eo dubitare possimus,
 voce inuitamur diuina. Si enim *Matt. 6.*
 ante omnia, eius regnum, eiusq; iustitiam *Luc. 12.*
 nostris in actionibus quæramus, omnia no-
 bis ad vsum vitæ presentis copiosè acces-
 sura esse, omnia in potestate nostra futu-
 ra ait. Sed Dei mandatum est, in hac im-
 becillitate atque indigentia vitæ petendū
 ab eo, & vt largiatur bona esse orandum,
 quod

quod quidem haud dubiè factur^{us} sit omnibus, qui hoc ab eo postulent. Nullum enim parentem tam immiti, tamq³ inhumana esse natura, si eum filius panem aut piscem petat, vt saxum aut serpentem ei det: hoc si in illa deprauatione erroreque summo humana vitæ fiat, quanto magis Deum patrem cœlestem ad bona omnia largienda optima natura ferri, omnibus persuasum esse debere? itaque accedendum ad eum est, pura, sancta q³ prece, vt restituti gratia ipsius, in eo perfugium habeamus vitæ ac rerum nostrarum. Ad hoc amor nos Dei benignitasq³ adducet, confidamus modò, & spem nostram in eo ponamus: instemus oratione ac lachrymis, prostrati coram eo, aderit mitis pater, vt filios coram eo se abiicientes, & ad eius opem expectandam conuersos, benignè amplectatur & subleuet. Signum omnibus propositum est filij, qui hereditatis suæ parte à patre postulata & accepta, in lōginquas terras peregrè profectus, facultates omnes suas

Matth. 7.

Luc. 11.

Luc. 12.

suas male viuendo prodegit. Ac tum orta
 graui fame, omnium indigus, etiam sili-
 quas quibus vesebatur porci, frustra ex-
 petebat. In his angustijs, ad patrem,
 vbi tot illius mercenarij affluerent bonis,
 recipere se cogitauit. Quod cum faceret,
 procul adhuc absentem videns pater, mi-
 sertus occurrit, ei que in collum insilijt, &
 eum deosculatus est. Ac tum filio ad patris
 conspectum que lesit, prodeunti, aditus fa-
 ctus est fidentior, vt supplex ei aduolutus
 diceret, Pater peccaui in caelum, & aduer-
 sum te: ita vt iam non sim dignus, qui di-
 car tuus filius. Ita is qui filij quidem reti-
 nebat substantiam, amiserat tamen dig-
 nitatem, culpam agnoscens, confessus pec-
 catum suum est, & in gratiam receptus.
 Sane & nos tales filij, Deo patre relicto ab
 nobilitate innocentie nostrae in graues ca-
 sus venimus vitae, & in maculis ac sordi-
 bus versamur, vbi omnia nos solatia defi-
 ciunt. In hoc summo interitu, si ad patrem
 Deum recurremus, ille, qui humilia respi-
 cit

- cit in cælo & in terra, lumine sua gratia
 procul allucente suscipiet nos cum plausu
 & latitia, vt solatium in eo æternum, &
 leuamentum calamitatis nostra habea-
 mus. Harum rerum exemplis innumerabi-
 libus sacra doctrina, litera q̄ diuina sunt
 referta, vt cum Dei filius ac Dominus no-
 ster IESVS CHRISTVS centurioni
 pro sanatione filij oranti, propter eius
 fiduciam, vt vellet, fore ait. Discipulos au-
 tē suos tempestate oborta affaretur. Quid
 timidi estis ad eū? vbi fiducia est vestra? Et
 paralyticū, Bono animo esto fili. Fœmina
 item fluxu egra diceret, Confide filia, fi-
 des tua te seruauit, vade cum pace, et esto
 sana à flagello tuo. Petro verò periclitanti
 & discipulis sæpenumerò, Exigua fidu-
 cia pradi, quare hasitabas? Ne metu-
 atis. Cananaea, Fiat tibi sicut vis. Ca-
 lico, Quid vt faciam tibi vis? Disci-
 pulis autem suis, Omnia quacunque
 petieritis in deprecatione credentes, acci-
 pietis. Et Martha, Nonne dixi tibi, quod
 si

si credideris visura es Dei gloriam? Et
 a demonio liberato, Abi in domum tu- Ioan. 11.
 am, ad tuos, & annuncia illis, quanta
 tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Marc. 5.
 Et, Omnia possibilia credenti. Omnia
 possibilia sunt apud Deum. Noli timere Marc. 9.
 pusille grex, quoniam complacitum est
 patri vestro dare vobis regnum. Quinq³ Matth. 19.
 passeruli vaneunt minutis assibus duo- Marc. 10.
 bus, & vnus ex illis non est in obliuione co-
 ram Deo, quin & capilli capitis vestri Luc. 12.
 omnes numerati sunt: pilus de capite ve-
 stro non perit. Ego in medio vestrum sum, Luc. 21.
 ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pa-
 ter meus regnū. Ego sum lux mundi, qui Luc. 22.
 sequitur me, nō ambulabit in tenebris, sed
 habebit lumen vitæ. Ego veni vt pacem ha-
 beāt, et abūdantius habeant. Ego sum pa-
 stor ille bonus. Oues mea vocē meā audiūt,
 et ego cognosco eas, et sequūtur me: Ego vi Ioan. 8.
 tam æternam do eis, nec peribunt in
 æternum, neque rapiet eas quisquam de
 manu mea. Ego sum resurrectio et vita.
 Ne

Ioan. 11. 144 DE CONSOL. IVSTOR.

Ioan. 18. Ne turbetur cor vestrum, neq; formidet.

Ioan. 16. Vos mœrore afficiemini, sed mœror vester
vertetur in gaudium. Hæc locutus sum
vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo
afflictionem habetis, sed bono animo sitis,

LUC. 21. Ego vici mundum. Per patientiam possi-
dete animas vestras. Et Deum æternum
patrem deprecatus pro ijs qui ipsum seque-
rentur, Pater sancte serua eos per nomen
tuum, quos dedisti mihi. Peracto autẽ

Ioan. 17. redemptionis munere à morte rediuiuis,
Data est mihi omnis potestas in cœlo &

Matth. 28. terra. Ego vobis adsuturus sum perpetuo
vsque ad finem seculi. O sacram ac divi-
nam vocem, quam qui audiunt atque se-
quuntur, omnia noxia perturbatione va-
cabunt, omniũ generum bonis beati erũt.
O consolationem omnium, qui cõuersi ad
Deum, eius opem in periculis, solatium in
doloribus quærunt. Dei illa doctrina est,
ingenerata & inscripta mentibus huma-
nis, ipsius digito atque manu, voce etiam
eius ad nos perlata, & religione confir-
mata

miata, quam vnā possumus appellare sapientiam, in qua diuitiæ salutis sunt atq; thesaurus, & quæ non meditatione tantū cœlestium rerum, verum etiam futurae fœlicitatis sensu in hac vita percepto, alitur ad immortalitatem.

Animos piorum ex consideratione superarum ac cœlestium rerum inuictos fieri.

CAPVT VI.

Nihil ergo est quod animos eorum debilitare, aut frangere omnino possit, quorum omnis viuendi ratio conuersa ad Deum est. Cōsidunt enim Deo, nullis impediētib; malis, ac certō agnoscunt, cū impy suppliciorum imminentium metu, ac scelerum furijs exagitantur, ipsos per summam animi securitatem in Deo per fugium habere, cū fictæ ac fucatæ fœlicitatis illorū, cū vita finis aderit, cū extremis tenebris, & inferorū latebris addicēdi erunt, tū eorū, posteaquam corporis vinculis exoluti sunt, fœli-

G citatis

citatis vera initium fieri, tum primùm
 sempiterno euo victuros esse in cælo, bea-
 tos & immortales fore. Ad horum imita-
 tionem qui se formant, & diuina contem-
 plantur, ñ inuicti sunt, & inuiolatam sp̃e
 suam seruant, & omnia rectè considerat
 atque agunt. Certò enim agnoscunt, ni-
 hil incommodi euenire iustis, ac si tanquã
 aurum igni, sic grauitate malorum pur-
 gentur, habere tempus iustitiam Dei, quo
 in splendorem eos maiorem det. Quod
 cum illi altiore consilio à deo fieri ani-
 maduertant, firmi in sua spe, & commu-
 niti sunt, ne vlla ingruens turbinum pro-
 cella fidem eorum & amorem in deum
 labefactet. Atque vt constantia & firmi-
 tate malis omnibus superiores esse possint,
 attollunt in deum mentes, & diuina sen-
 sa perscrutantur, ac que maxima existi-
 mantur mala contemnunt, quum ea om-
 nibus electis dei seruis accidisse recordan-
 tur. Illam etiam foeminarum beatissimã
 virginem Mariam, ac tanto honore dignã
 habitã

habitam, vt dei mater fieret, semper angu-
 stijs vita oppressam, afflictamque fuisse, vt **Luc. 2.**
 vt ei vates Simeon prädixit, animum eius
 gladium penetraturum. Sed hac omnia
 aquisimo animo tolerauisse, nūc honori-
 ficatam & exaltatam à domino, sua ab
 auo condito magnificentia ac gloria. Ac
 ne vnquam iniquo animo sint, co-
 gitant se Christi dei exemplo edoctos, ad
 omnia aduersa ferenda, cuius omnis in ter-
 ris vita acerbitatum plena, mortis suppli-
 cium horrendum, et si omnium innocentis-
 simi, fuit, cuius qui participes arumnarū
 sint, hos etiam diuina in cælo gloriæ comi-
 tes fore. Hac omnia p̄ homines altè ad a-
 nimum reuocent, deumq; sequantur, nec
 vlla in re, quæ quidem in terris sit, consol-
 tionem aliquam pleniorē, quàm in De-
 ponant, eiu s quē incensi amore diuino, on-
 nia ab cœlestibus eius promissis expecten-
 ac sperent. Intereā autem inter omni-
 Dominum prädicent, atque laudent, e-
 quæ orent, vt pro abundantia sua miseri-

Ecclesia. 51. dia ex afflictionibus, ex igne tribulationū, suffocationem vndique minanti, ex imo inferni ventre eos liberet, nec vnquam diebus calamitosis deserat. Hac enim iussu, præscriptoque suo, orantes exaudiet, et clementiæ recordabitur suæ, vt ab improbo tempore eos eripiat, eaq̄ gloria donet, que nullis seculis aboleri possit.

Tolerantium præsentium ærūnarum, & expectationem futurorum bonorum, beata immortalitate proposita à Deo, animi firmamenta esse.

CAPVT VII.

ITaque firmamentum totius consolationis in deo est, eaq̄ consolationis tolerantiæ præsentium malorum, & futurorum bonorum expectatione continetur, vt gloriandum sit spe gloriae dei, nec id solum, verum etiā in afflictionibus, in quibus consolationem & gaudij abundantiam esse, diuus Paulus ostendit. Nō enim rebus iustorum dei abest fides, nec lōgum interuallum illud erit, quum

quum iustitia conuertetur ad iudiciũ. Vt autem accidit tempore Noë, ita erit & ad- Matth. 24
 uentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes, & contrahentes matrimonia vsq; ad diem, quo Noë in arcam ingressus est, et non cognouerunt, donec venit diluuium; & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Veniet enim domini dies, cuius expectatione iustis omnia humana, nõ patienter & mansuetè tantum, sed etiam cum gaudio ferenda erunt. Tum enim incomparabilis fœlicitas eorum erit, quum exciti tuba angeli, videbunt cum maiestate summa, & gloria sua venientem Deum, in quem mentes in vita intenderunt suas, ac se immaculatos ab hoc seculo custodierunt. Tum enim ille sedens in suo glorioso tribunali, congregatis coram se omnibus gentibus, statuet eos ad dexteram suam, & in vitam sempiternam, ac regnum cœleste, paratum ipsis ab orbe condito adsciscet. O fœlicitatem perfectam iustorũ,

in quorū ordinem nos, etsi omnes promeritos pœnas, misericordia alleget Dei. Habet quidem apud omnes homines iniquitas sedem in hoc seculo, & tamen in hac cōtaminata & polluta vita iustitiam sequimur Dei, tandem ab omnibus malis quieturi. Si ergò in eum finem omnia referemus, vt deum secuti statuamus huius vitæ

Ad Rom. 8.

arumnas, pœnarum quæ mala longè infra beatitudinem illam fore, quæ illustri beneficio Dei nobis obuētura est in cœlo, orietur in animis nostris lux ingēs ad depellendam omnium calamitatum noctē. Nam ex eo fiet, vt inter aduersa & secunda, offeramus nos totos voluntati diuinæ,

Ad Rom. 2.

ac perseuerantes in benefaciendo, quarum cum Diuo Paulo gloriam & immortalitatem sempiternæ vitæ, & quam nullus vnquam terminet dies. Itaque verissima in hac à nobis ad consolandum instituta ratione, eius sententia est. Indignatio & ira, afflictio & anxietas, aduersus omnem animam perpetrantis malum, gloria
verò

verò & honor, & pax omni operanti bo-
 num. Itemq; Esaiæ dictum: Dicite iusto Esa. 3.
 quoniam bene, quoniam fructum adin- Apoca. 2.
 nentionum suarum comedet. Va impio in Prouer. 1.
 malum, retributio enim manuum eius si 2. Tim. 4.
 et ei. Ad iudicium enim se conuertet Iere. 21. 23.
 Deus, cuius aduentu perculsi ij, qui se ab Psalm.
 eo auerterunt, ac serò iam ad se reuersi,
 culparum suarum recordabuntur. Tum
 eos peccatum suum redarguet, ac salute
 amissa, hæc vox cõfessio proprij erroris eo- Sapien. 5.
 rum, casum deplorantium suum, erit, Las-
 sati sumus in via iniquitatis, & perditio-
 nis, & ambulauimus vias difficiles. Quid
 nobis profuit superbia, aut diuitiarum ia-
 ctantia, quid contulit nobis? Transierunt
 omnia tanquam vmbra, & tanquam na-
 uis, quæ pertransit fluctuantem aquam,
 cuius cum præterierit, non est vestigium
 inuenire. Sic & nos nati, continuo de-
 sijnus esse, & virtutis nullum signam o-
 stendere valuimus, in malignitate nostra
 consumpti sumus. Erit ergò, referente Esa Esaiæ 28.

Esa. 28. ia, dies, cum pedibus conculcabitur corona superbia, & flos deciduus gloria exultationis, sed dominus exercituum erit corona gloria, & sertum exultationis, ijs qui expectant eum, super quorum capita laus & letitia sempiterna erit.

Esa. 30. 35. Omnia Deo posthabenda, inque vno eo acquiescendum, cum deprecatione culpae, Dei, & imploratione.

CAPVT VIII.

Cum igitur ad hanc boni fructum, hanc nobilitatem & gloriam corona in hac vastitate natura percipiendam, omnes aditi fines, peragrati que sint, sed eius apprehensio in te o DEVS omnipotens sit, vertimur ad te ceu fontem bonorum, quaeque ex vniuerso rerum, quae in terris sunt ordine negantur, abs te solo supplices oramus. Agnoscimus culpa nostra omnia amissa, sed misericordia tua recuperata esse, hic contineri spem, salutemque nostram, & ex vnius tua bonitate, vitam

vitam pendere omnium. Iusta seueritas
 tua fuit, tum, cum primi parentes profligati
 ex amoenissimis oris felicitateq; summa,
 in terras, ceu in solitudinem immisi sunt,
 errorum, & sollicitudinum plenam: sed
 aeternum clementiae testimonium abs te
 datum, posteaquam interuentu sanguinis
 & mortis filij tui pro paradiso terrestri,
 ad caelum aditus est factus: vt homo
 misericordia tua plus leuatus, quam scelere
 depressus esse videatur. Itaque interuenit
 in hac quasi orbitate & misero exilio,
 cura aeterna tua, vt boni acerba & noxia
 omnia, non grauitate sua, sed auxilio tuo,
 qui omnia subter te habes, metiantur.
 Quanquam autem eis omnis vita in malis,
 in quibus antiquae noxae vestigia remanent,
 agnita sit, tamen humiliter ac demissè
 agnoscunt, hunc ordinem non naturae, sed
 peccati lege inuectum, nullam etiam
 his, quae in malis censentur, vim inesse
 beneficio tuo, immò praesentium discrimini
 difficultate augeri consequentis temporis
 G 5 felici-

Ad Rom. 5.

felicitem perennem. Eius recordatio
mentes omnium bonorum cogitationes-
q̄ sustentat. Quis enim in hac iactatione
vitæ, qua circum infera atque supera om-
nesque oras ferimur, alius requietis & cō-
solationis sensus, quam in gratia & clemē-
tiæ tuæ fiducia esse potest?

De Noë in arca seruato tem-
pore diluuij, columba emissa,
eaque ramum Oleæ sub vespe-
rum deferente, quibus & pio-
rum ærumnæ significatæ, deiq̄;
ad eos seruandos gratia ostēsa.

Caput IX.

Cum terras olim omnes summo ho-
minum delicto, vniuerso cunctorū
interitu, iusta offensa tua domine
DEVS premeret diluuium, Noë volunta-
tem tuam secutus, & in arca conclusus,
tibi commiserat spem reliquam vitæ ac
rerum suarum. Sed cum aquis longē
lateq̄; omnia occupantibus, animus eius

in terrore, maximoq; metu versaretur, emissa ab eo columba est, quæ cum in illa aquarum vastitate, vbi cõsisteret inuenire non posset, eodem vnde exierat, redijt: post vbi denuò euolasset, subsidentibus sensim aquis, sub vesperum reuersa est, decerptum ex olea ramum virentem ore gerēs. Omiram memoriam rerum, sed contemplatione magnorum euentuum insignem, nobis, quibus senescence & indignitate potius sua, quam fatali conuersione ad interitum properante mundo, eadem forma occurrunt. Quæ enim antiqui delicti noua exempla, quæ luxurie monumenta desunt? an non ceu legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum tuorum homines viuunt? Non illi cum interitu summo cõiunctam iniquitatem suam, non offensam tuam verentur, desixa imis sensibus malitiæ vis, ablatu omnis mali metus est, pudor extinctus, vt peccata sua nõ tecta esse, sed quasi publico testimonio venditari velint. Itaque salutis omnis tam magna ne-

glectio est, ut multi se ex illa arca, Ecclesia
 Catholica & apostolica tua, vltro etiam
 eijciant, & in horribiles errorum fluctus
 demittant. Interea autem pii in illa arce
 & munimento omnis salutis inclusi, in-
 felicitium animorum iacturam vident, et
 inter ferales vndas, horribili scelerum no-
 xa seculi fluctus commouente securi ferun-
 tur. Quamquam enim varijs angustijs
 vrgeantur, tamen salus eorum adempta
 omni alia spe, misericordia sola tua conti-
 netur. In hac omnia prasidia habet. Ac si
 mala longius proferuntur, ferunt mora
 & fidunt promissis tuis o altissime, donec
 vnde malorum defluant, & omnia pristi-
 num decus suum, squallore informi abla-
 to recuperent. Quamobrem spes ac fi-
 ducia, non in terram abijcit se, sed in sub-
 lime fertur, et si turturis in morem, pau-
 uida, suspirans ac gemens. Nullam autem
 in terris consistendi facultatem habet, nec
 eam abundantia rerum in hac vita dele-
 ctat, tantum decerptum clementie tue
 insigne

Abac. 2.

insigne, toto atatis spacio ad supremum
vita diem gaudens reportat. semper inui-
tata blando affatu tuo, propera amica
mea, columba mea, formosa mea. *Cantic. 2.*
Iam enim hyem strāsijt, imber abijt et recessit, flores
apparuerunt in terra nostra. O admiran-
dam in illa sublimitate benignitatis tuae
demissionem. Tanta est enim maiestas nu-
minis tui, vt ab eius imploratione natura
nostra culpa nos arcere possit. Sed gratiae
tuae immensitate non liberamur tantum
timore, verum etiam ad summam felicitatis
conditionem vltro inuitamur: sic vt
praemiorum caelestium spem sempiternam, in
animis nostris harere velis. Ex illo ergo
immenso Oceano malorum, quibus ceu ri-
gida hyeme, & violentissimis tempestati-
bus turbari totius vitae spacium videmus,
euocamur ad misericordiam consequen-
dam, & benignitatis in eo tuae magnitu-
dinem agnoscimus, qui nos a malis celeri-
ter eripi, ad liberationis diem ac requie- *Ad Eph. 4.*
tem velis. Apprehendamus ergo beneficio

G 7 summe

summe pater tuo hunc clementia diuina
 tue fructum, vt cum potestate tua, sum-
 ma infera & omnia contineri agnosca-
 mus, eam vniuersam vim, contra mala no-
 stra, contra mortem, & contra omnia,
 qua natura nobis infesta sunt, infinita mi-
 sericordia tua constitutam esse semper in
 animo recordemur. Hoc praesidio, innume-
 rabili multitudine malorum, ceu aquis
 inundantibus circumfusi, spoliati digni-
 tate omni atque ope natura, non conserua-
 tionem tantum vitæ, rerumq; nostrarum
 in terris retinemus, sed cœlestibus bonis
 amplificati, in sempiternum viuemus. Hæc
 nobis ad omnem animi tranquillitatem,
 ne vnq̄ inter aduersa deficiat, instructa ra-
 tio est, cuius cogitatioe ac sensu, etiam me-
 dia in morte, vitæ æternitatem percipi-
 mus.

Dei imploratio ad auertenda me-
 rita mala vitæ, gratiã eius & im-
 mortalis vitæ fœlicitatem impe-
 trandam.

CAP. X.

Ergo

Ergò dominator Domine, qui cœlum
 & terras quę fecisti virtute tua magna, Jerem. 32.
 & brachio tuo extento, cui nulla res est
 ardua, qui facis misericordiam in millia,
 & reddis iniquitatem patrum in sinum
 filiorũ eorum post eos, Deus magne & po-
 tens, cui nomen est Domino exercituum,
 magnus cõsilio & incomprehensibis cogi-
 tatus, cuius oculi aperti sunt, super oēs vias
 filiorũ Adã, ad reddendũ unicuiq; iuxta
 vias suas, et fructũ adinuentionũ eius, cum
 ppter offensã voluntatẽ tuã, abs te omnia
 ordine eo cõstituta sint, vt homo se illis ma-
 lorũ vinculis iure cõstrictũ esse, sed tamẽ
 si voluntatẽ tuã ac leges sequatur, illis libe-
 ratum & ad cœlũ translaturũ iri beneficio
 tuo agnoscat. *Esaiæ 10.* Oramus te sempiternum
 regem, & omnium parentem, per maie-
 statem summam, per clementiam infini-
 tam, confirmatam vnigeniti tui morte
 ac sanguine, & sancto spiritu insitam
 nobis: per, quacunque magnitudini
 diuinitatis tuę miserissimi mortalis
 demissa

demisso officio exhiberi queunt, vt in hac
 relegatione vitæ, culpa nostræ, meritaque
 offensa tuæ reliquias auferas, puros à cor-
 porum contagione serues, quod in omni
 actione vitæ optimum est, sequi. & in ani-
 mis nostris metum atq; cultum numinis
 tui sempiternum herere velis. Ad hoc agen-
 dum porrigas dexteram salutarem tuã,
 & in hac imbecillitate natura defensionē
 vitæ rerumq; nostrarū suscipias, ac celesti
 custodia tua nos munias. Atq; vt filius tuus
 IESVS CHRISTVS inter angustias,
 te patrem æternum positus genibus orans,

- Luc. 22. appa-
 rente de cælo angelo confirmatus est:
 ita nos in hac fragilitate rerum spiritus
 fulciat tuus ac gratia confirmet. Emisi su-
 Baru. 4. mus abs te in mundum, cum luctu & plo-
 Jerem. 12. ratu, non est in illo pax vniuersa carni, te-
 Esa. 8. nebris tribulationis & alta caligine cir-
 cumfundimur, reduc nos in lumine
 immensitatis tuæ, cum gaudio & iucun-
 dita sempiterna. Sis fortitudo pauperi,
 Esaiæ 25. fortitudo egeno in tribulatione, spes à tur-
 bine

bine, vmbra culum ab aestu. Vides genitor
 in his erumnis vita quotidianas lachry-
 mas nostras ac mœrorem, audis luctuosas
 preces, intueris animum reformidantem 2. Cor. 5.
 iudicium suum. In hac tanta trepidatio-
 ne, ad te, clementiamque tuam conuerti-
 mur, certa explorataque spe concepta, fo-
 re, vt propediem euocati abs te, dispulsa
 nube malorum, æterna in cœlo luce frua-
 mur, & consolationis, quam nullus abrū-
 pat mœror, nullus vnquam finiat dies la-
 titia redundantes, in contemplatione aspe-
 ctuque numinis tui, ad omnem æternita-
 tem beatè acquiescamus. Pro eo maie-
 stati diuinæ tuæ, omnis honos &
 gloria in sempiternum sit,
 Amen.

FINIS.

ELEGIA

162

ELEGIA

DE MORTE HOMINIS
IVSTI CONSOLATORIA,
LVDOVICO HILLES-
semio Andernaco
Autore,

AD

AD REVEREN-
DVM ET NOBILEM
VIRVM AC DOMINVM, D.

Wolfgangum ab Eltz, Archi-
diaconum Cardone, ac Sancti
Paulini apud Treuerim Præ-
positum, &c.

In Elegiam de morte hominis iusti Ludo-
uici Hillissemij Andernaci,
Præfatio.



Humana natura cor-
rupta & contami-
nata vitijs, difficil-
limam habet ratio-
nem suæ conseruã-
dæ salutis, oppugnata assiduò
malorum dæmonum vi, vt sedem
sibi propè ad infernum consti-
tuat, nisi ad Deum manus preces-
que semper tendens, peccato suo
miseri;

misericordiam postulet, & ut gratia eius subleuetur & adiuuetur DEVM imploret. Horum utrunque, ij, qui confidunt deo, & spem suam in eo collocant, adsequuntur, inter infesta omnia lumine clementiae coelestis, ipsis alucente. Atque haec iustorum hominum consolatio est, inter longos mœrores, & perpetua certamina vitae, quum nunc incommodis corporis, nunc mentis afflicti, omnibus exterrentur, nec quicquam in terris, quo nitatur, firmum ac securum habent. Sed haec omnia illis tendunt ad confirmationem virtutis suae, Deo praesente, cuius providentia nunquam deest rebus piorum. Quanquam autem eis in vita infesta omnia sint, tamen cum in advi-

ta

græ finē ventum est, acrius appetū
tur omnibus insidijs, odio inex-
piabili malorum spirituum in an-
gustum redacti. Verūm in tan-
tis rerum angustijs deus adiuuat
eos, ne ad summum interitū per-
ueniant, & quoniam iam obeun-
da mors, & breue iter ad migran-
dum in cœlum superest, oleo cō-
solationis suæ corda eorum inun-
git, & internè lætantem fiducia
inspirat, vt euehantur spiritu ad
diuina, & omnibus insidijs ten-
tationum resistent. Quàm beati
ergò, quorum omnia studia in vi-
ta cum Deo coniuncta fuerunt,
nunquā illi spe sua decepti erunt,
solatium in Deo firmum atq; in-
gens, in vita & in morte semper
habebunt. Aderunt angeli Deiq;
ministri, qui laborantibus assi-
stant,

stant, & inferni tenebrarum re-
ctores arceant, & duces in cœlū
fint. Caueamus ergò in vita ab
Dei offensiōe & ira, & in ipsius a-
more ac gratia nobis posita spes,
& adueniente morte fiducia esse
possit. In hunc semper intenden-
da mens, & defigendus animi est
ardor, vt offerri in eius diuino cō-
spectu, cordis nostri ipsi humili-
ter addicti sacrificium queat.
Si enim nunquam abscedemus à
Deo, nunquam nobis deerit ma-
nus Dei, animam nostram extra-
hentis ex periculis illis quæ noce-
re ei possunt. Deuoueamus nos
tantum illi, ac mysterium beatæ
redemptionis, in quo credenti-
um est salus aduersus vim hostiū
spiritualium opponamus, offera-
musq; ita vitam nostram Deo,
à quo

à quo illam accepimus. Hæc via est DEVM timentium, & expectantium beatam spem filorū Dei, qua illi & summos labores ferunt, & infirmitate sua omnē inferiorum potentiam vincunt. Hæc vt accommodata ad salutis nostræ rationem sint, proposita & expressa à nobis quædam imago est, eius certaminis quod iusto homini sub vitæ finem aduersus spirituales angustias suscipiendum est, sumpto & vtcunque verso argumento è Desiderij Erasmi, & Ludouici Beri Theologi de præparatione ad mortem libris. Huius assidua contemplatio, necessaria in primis est ad omnem auferendum dolorem, & vtilitati nostræ accommodata, vt in Dei timore perstemus:

ac

ac referta sensu æterno iustitiam, quæ nõ à metu tantum libera fit, sed & illã in immensum attollat spem immortalis vitæ, quæ in vna Dei misericordia iustis hominibus reposita est. Quæ enim nostra erga illum merita sunt? aut quid est in nobis, quod nos præstãtia aliqua superbos aduersus illum facere possit? Multa nos deficiunt, quæ Deo sponte præstanda sunt, vt in summa neglectione officij, ad culpam potius respiciendum sit, quàm vt gloriatio aliqua rectè à nobis factorum oriri in mente vnquam debeat. Itaq; hoc pijs & probis mentibus propositum est, vt fruantur præmijs pietatis suæ, quibus eos dignos Dei misericordia & benignitas efficit. Hæc enim

enim actionibus nostris, quibus Deo sumus astricti, ac quæ per se languentes & minùs integræ sunt, dignitatem tribuit, ad firmum salutis ac iustitiæ nostræ fundamentum constituendum.

Atque hæc humilitas nostra, mercedem nobis à Deo, & fructum sempiternæ vitæ referet, vt cum nostræ preces, nostræque opera cum Dei gloria coniuncta sint, beata spes iustitiæ nunquàm à nobis absutura sit. Commemorant historiæ nostrorum, inter sanctos viros ac monachos, qui Aegypti solitudines incoluerunt, quendam fuisse perpetuò tristé, quum menti suæ obuersari semper tempus illud diceret, quo anima eius migratura è corpore foret, atque ipse Deo sistendus,

H eiusque

eiusque in se sententiam auditurus esset. Alium verò semper hilarem ac lætum, quod bona spes qua se applicasset ad Deum, ac diuinæ iustitiæ inhærere studisset, nunquam eum deceptura esset: hæc animo simul complexa, nec mentem efferrî, inq; delictum labi, aut fiduciam in Deum ruere vnquam sinent: vtraque ratio salutaris, vt illa quidem vitâ gubernet, hæc morti propior sit, quæ humanæ imbecillitatis trepidatione deposita certissimum in Dei fauore præfidiû statuat, nec abduci ab cõstantia, vlla se perturbatione patiat. Hæc qui agût, illi verè beati erunt, eorum quæa morte, spiritus & animæ viuent apud Deum, etiam supremo iudicij die corporibus resurrecturis ad

ad gloriam. Imple mentes nostras spiritu tuo Deus, vt fideles ministerium tibi semper praestemus: & in medijs turbis vitae, nos tuere, ne instigante satana, perturbati crebris imaginibus malorum, succumbamus fragilitati, sed ex quotidianis praelijs, & omnibus fluctibus tentationum & ærumnarum, erepti in hoc seculo, reddamur tibi seruatori nostro Iesu Christe, ad beatam ac sempiternam vitam. Hæc directa ad Deum mente præfatus sum in Elegiam de morte hominis iusti consolatoriam, quam ad te Reuerende Domine, virum & familia & dignitate in Ecclesia illustri nobilem mitto, vt cum Reuerendissimo Archiepiscopo Treuirensi patruo tuo, libri de consolatione

ne iustorum inscripti essent, hæc
 quæ eodem pertinerēt ad te mit-
 terentur, quod pietatis ac religi-
 onis erga summum Deum tuæ
 præclara effigie inductus, non
 inacceptum tibi fore hoc animi
 mei studium existimarem. Itaq;
 Deum, ad cuius gloriam om-
 nia conferenda, sunt precor,
 vt Reuerendam Dignitatem tu-
 am sua gratia tueatur ac
 conseruet. Andernaci

Anno salutis hu-
 manæ. 1571.

Elegia

173
ELEGIA DE MORTE

hominis iusti conso-
latoria.

Tentator & Aeger.

Aeger, & immensis euiſte dolori- Tentator
ribus, hora

Vertitur, & vitæ proxima meta tua

Improbe, quid terres vrgentis imagini Aeger.
leti,

Vnius arbitrio ſtant mea fata Dei.

Stent licet aternofatorum ſtamina nutu, T.

Mors tamen imperij iura potentis ha
bet.

Ante prophanatas primeuo crimine ter- Ac.
ras,

Nec mors, nec leti iura potentis erāt.

Fraude tua ſubducta ſalus, immiſſaque
terris

Mors venit, autorem non habet illa

Denm.

H 3 Ergò

T. Ergò triumphatum sub leges misimus orbem,

Et viget aeterno mors violenta malo.

Ae. Non viget aeternum. tua signa potentior heros

Abstulit, & pradam fortior ultor habet.

T. Abstulit ille quidem, sperataque prada recepta est,

Mors tamen irata singula falce metit.

Ae. Obdetrata graues hominum dant corpora poenas,

Memibus, at vita est munere parta dei.

T. Attamen in fontes aemittet ad aethere poenas,

Iustitiamque DEVS proferet ipse suam.

Ae. Altior est pietas, nec vasto clauditur orbe,

Partibus & superat cuncta creata suis.

T. Crimina tot tua sunt longum collecta per aeuum,

Vt vincant tenuis corpora sicca soli.

Sint

DE MORTE IVSTOR. 175

Sint immensa licet scelerum monumenta
meorum, Ac.

Magna DEI maius gratia pondus
habet.

illa manet iustos. Quid non tibi debita
poscis T.

Munera? nam vitij obruta vita tua
est.

Dona DEVS referet meritis indebita
nostris, Ac.

In quo iustitia est anchora fixa mea.
Lenior hac animos hominum sententia
fallit, T.

Et nimium culpæ conuenit illa tua.
Si Deus ob noxam genios cœlestibus oris
Expulit, ac summo trusit ad ima loco,
Et cœli facies, lucentis ab æthere summo,
Squallida si vultus ante tonantis erit,
Amplius & veniæ ratio, & spes omnis
adempta,

Grandior & culpæ pœna futura tua
est.
Et ratio, & spes ampla super mortalibus
illa est, Ac.

H 4 Cōsu-

Confugere ad mitem corde tremen-
te DEVM.

Ille licet toti det iura potentia mundo,
Non minus officiū lene parentis habet.

T. At pater haud facilis delicta ob prima,
perennes

Indixit poenas, & graue mortis onus.

Ac. Omnis ab innocui profuso sanguine

CHRISTI
Vita homini & terris pax rediuiua
data est.

Muneris est vestri, mors, poena, & noxa
malorum

Asertos hinc est muneris esse Dei.

Et vobis lati series accepta ferenda est,

Vindice mors illo victa potente manu
est.

Vos ima mortale genus merfistis abisso,

Victor ad excelsos rettulit ille polos.

T. Arbiter ast iterum venturus ab athere
summo est,

Plectat vt extremis acta nefanda ma-
lis.

Scilicet

DE MORTE IVSTOR. 177

Scilicet & cœlū iustis pro munere reddat,

Ac.

Fataque perpetui non peritura boni.

T.

Eternū meritis igitur damnabere pœnis,

Mors grauior fontes illa secunda ma-
net.

Hac meriti fors fixa tui est, & vindice
cœlo

Ac.

Amplius in nobis non habet illa locum.

Tartara nil metuam, summo caput athe-
re nostrum est,

Spes melior vitæ tollitur vndè mea.

Irrita spes vacuas cū vitæ exhibit in auras

T.

Atq; obita pœnas impie, morte dabis.

Te furia circum vertuntur, & vndique
vallant,

Restat in offenso spes tibi nulla Deo.

Pectore cessisset dudum fiducia nostro,

Ac.

Spesque sua pauidum destituisset ope,
Numine ni magni defensus ab athere

CHRISTI,

Causaque sub Domino nostra potente
foret,

Quo superante trucidis virtus perit omnis
abyssi, H S Et

- T. Et vis ad nihilum vestra redacta iacet.
Attamē haec fallax ratio est, et lenior aequo,
Vix etiam iusto conuenit illa Deo.
- Ac. Iusta Dei ratio, sublimi & numine digna
est,
Promissi certam continuasse fidem.
Nos pietas caelo mōstrata trebitur egros,
Iustitiaque graues leniet illa metus.
- T. Ipse tibi dubia blandiris imagine rerum,
Quis dictis credat talibus esse fidem?
- Ac. Aeternum supera profluxit origine verū,
Mentiri summores aliena Deo est.
Tu scelerum sator, & mendax ab origine
prima,
Artis & haec foeda est gloria sola tua.
- T. At nimis hoc verum est, culpa te mole
grauatum
Difficili scelerum conditione premi.
- Ac. Orabo veniam caelo, miserebitur autor,
Atq; suum duro falce leuabit opus.
- T. Irrita votorum series & vana tuorum est,
Sontibus haud vnquam est auris aper-
ta Dei.

Audi-

Audiet attenda scelerū quos pœnitent aure,

Ac.

Frustratos voti nec sinet esse Deus.

Quos propter latum perpeffus, & vltima
rerum,

Corpore non nocuo crimina nostra tu-
lit.

T.

Tu tamen & culpa & vitij scelerate pu-
dendis

Qua venie sortem conditione feres?

Ac.

Qua iuuenis ligno ob noxam suspensus ab
alto,

A Christo veniam commoriente tulit.

T.

Hac leuitas miser os falsa sub imagine lu-
dir,

Extrema serūm est pœnituisse die.

Ac.

Parta salus, culpā vicina morte fatēti est,

Nec serūm misero pœnituisse fuit.

T.

Illi certa dedit letum fiducia cœlam.

Fluctuat ambigua spes tua fracta fide.

Ac.

Afiduis dominū precibus votisq; rogabo,

Augea tvt nostram mitior ille fidem.

T.

At non ille fauet, qui cœlo impēsius vrget,

Et subigit tristi nunc tua membra lue.

Ac. Sic purgat foedam scelerum putredine
mentem,

Confovet & medica vulnera nostra
manu.

Cur ego me poena dignum grauiore fuisse
Non fatear? meritum nec grauiora
pati?

Cur durus superum monitis, culpaque
perenni

Saucius, haud poenas sustinuisse velim,
Quas pro me dura suffixus ab arbore Chri
stus.

Vt nos assereret morte potente tulit?

T. At grauis est nimum rigidi vis vltima fati,
infelix nec quo sustineatur habet.

Ac. Faelix, o nimum faelix mors illa piorum
est,

Corpore nam mentes deficiente viget,
Quos alto mens pura D E O sociabit, &
astris

Inferet a laqueis mude maligne tuis.
Vt cum longa dies magno transacta labore est.
Insequitur placido grata sopore quies.

Sic

DE MORTE IVSTOR. 181

Sic exantlatos vitæ post mille labores

Vera quies iustis munere mortis adest.

At nocuis placidam mors adfert nulla
quietem,

T.

Quos grauior quouis pondere culpa
premit.

Desijt esse nocens saluantis munere Chri
sti,

Ac.

Cui graue commissi criminis, esse re-
um, est,

Agnoscitq; nefas, cælo defixus, & hærens,

Spem trahit à miti corde tremēte Deo.

At tibi quid leuam fallunt cælestia mentē?

T.

Aspice terrenæ conditionis opus.

Destituere miser, mundum moriture re-
linques,

Conditus iniecto corpus inane solo.

Atristi exilio, patriæ melioris ad oras

Ac.

Deferar, & cælo nos dabit illa dies.

Tot bona iucundæ linques & munera
vitæ,

T.

Cunctaq; quæ blandus commoda mun-
dus habet.

H 7

Sed

- Ac. Sed mala plus illis multò grauiora relin-
quo,
- T. Munere laturus commoda vera Dei.
Excidis & gaza & prouentu diuitererū,
Mors siquidem cunctas depopulatur
opes.
- Ac. Falforum iactura leuis, peregrina relin-
quam,
Qua mea sunt mecum non rapienda
feram.
- T. Nudus egensque boni, tecum moriture
quid effers?
Nam virtute nihil deficiente tuum est.
- Ac. Gratuitum quodcunque pater dabit a-
there nostrum est.
- T. Pendet & ex illa gloria nostra manu.
Deseris ipse tuos, longum quibus utilis esse,
Quosq; tua poteris sustinuisse manu.
- Ac. Hec pars cum reliquis summo commissa
parenti
- T. Tutā sub excelsō preside semper erit.
At grauis est iustusque dolor, tellure mo-
rantes

Tot charos animo deseruisse tuo.

Ad fidos propero atque nota melioris ami-
cos, Ac.

Et quibus haud similes maximus or-
bis habet.

Linguis & eximios, quae rara est turba,
sodales T.

Ad cumulum tanti fors venit illa mali.

Cuncta citis me turba ducem moritura
sequetur Ac.

Pasibus, usura est temporis illa brevis.

Sunt quae, certa vides, series incerta futu-
ri est, T.

Cuncta q̄, sub dubia condita sorte la-
tent.

Alta fides & amor, spes et deuincta tonāti
Firmamenta mea certa salutis erunt. Ac.

Quid pauidum terres? veris & inania
misces?

Desine, successu nam tua vota iacent.
Multaque sermonum pars ficta & falsa
tuorum

Disidet à vera longius alta fide.

Non

Non ego corporei terrebor imagine lati,
 Hoc animus vitam carcere demptus
 habet.

Fataq; decidui spernam presentia mudi,
 Latior aeterni conditione boni.

Nulla salus terris, sed caelo viuitur alto,
 Ille locus nostrae fata salutis habet.

Quando erit vt nostras diuina potentia
 curas

Auferat? & vultus me ferat ante suos?
 Fer pater auxilium caelo, carnemque la-
 bantem

Erige, ne supera destituatur ope.
 Illa quidem membris morbo languenti-
 bus agra est,

Ast animi virtus spe meliore viget.
 Hanc genitor summo miseratus ab aethere
 firma,

Illa licet vita deficiente ruat.
 Terrarū, caeliq; potens, te supplice cultu
 Ne tua sit nobis sauior ira precor.

Psalm. 37. Metua summa manus, me dextra po-
 tentior vrget,

Telorū

DE MORTE IVSTOR. 185

Telorumq; acies corpore fixa meo est.
Crimine mens agra est, & membra no-
centia languent,

Nostraq;ue vis ire fulmine quassa
tua est.

Me scelerum pondus, culpaq;ue iniuria
nostra

Mole sua vires exuperante premit.
Vulnera iamq;ue alta putent squallentia
tabe,

Delicti vis est tam violenta mei.
Urgeor assiduo, culpaq;ue in imagine no-
stra,

Mœrenti vitam conditione traho.
Saucia sic plagis feruentibus illa tabent,
Corporis vt sit vis omnis abacta mei.
Atteror ab nimium meritorum clade ma-
lorum,

Et mens sollicito fracta dolore gemit.
Tu mea vota pater gemitu mœrentia lar-
go
Lumine non vnquam deficiente vi-
des.

Attenu-

Attenuata tremunt alto prae cordia luctu,
Et nox ante oculos vertitur atra me-
os.

Nulla nec in terris inter discrimina vita
Auxilij nobis spes meliorum adest.

Tu DEVS vna mea spes & fiducia
menti es,

Numine quam certam fac pater esse
tuo.

Quam metuo insultent nostris ne cladi-
bus hostes?

Leteturque meo noxia turba malo,
Omnis enim tristi mea vita obnoxia fato,
Et grauis a siduo fors miseranda ma-
lo est.

Et scelus, & nostra fateor mala crimina
vita

Illorum grauis est & meminisse dolor.
Ergo manu miserum genitor propiore lu-
ere,

Nec pater orantem deseruisse velis.
Auxiliator ades, mitiq; saluifer heros
Numine, caelestem fer miseratus opem.

Fers

DE MORTE IVSTOR. 187

Fers miseratus opem. Nunc dirus lan-
guor & horror

Tollitur, ingenti succubuitq; Deo.

lamque nouum summo mihi panditur a-
there lumen,

Gaudia sunt illo nostra futura loco.

Summe parens animam sublimi suscipe
cælo,

Cætera sint cura nostra relicta tua.

Reddō tibi vitā genitor, vox deficit ægre,


Tollimur è terris. Est mea vita DEVS.

F. IN I S.









ANN
medita
ab aut
sunt,
scrip

Pagina

7
11
11
26
27
28
31
35
37
48
50
50
50
52
54
56

ANNOTATIO MENDARVM

meditationum rerum diuinarum, quae
ab authore post aditionem deprehensa
sunt, quaeq; partim vitiosi manu-
scripti exemplaris culpa, partim
operarum imprudentia
irrepsere

Pagina	Linea	Lege.
7	5	crebrò.
11	7	animus.
11	17	fragrantia.
26	20	inuecta.
27	13	coërcito.
28	12	tum cum, dele vnum.
31	in	margin. seu.
35	crit	pro ultimo enim.
37	22	bonorum
48	10	durat.
50	2	faxo.
50	18	dele q;.
50	22	dele ad.
52	ulti.	orbium.
54	18	effectu.
56	in	marginè annunciat.

Pagina	Linea	Lege.	Pagina
62	2	at quo.	206
69	18	reprobos.	207
70	18	vita.	208
71	16	latentes.	210
75	6.	dele vndique.	211
76	5	natura.	214
84	6	possim.	219
88	4	vt virga.	237
97	11	dele &.	240
101	19	ac misericordiam.	246
102	3	restituatur.	264
102	in marg.	infremo.	273
188	6	facem.	273
115	7	euentuum.	285
123	in	marg. cerua mugit.	301
124	10	nobilem.	312
127	19	adde &.	318
128	in	marg. pastor.	328
138	2	desciscam.	
144	1	perpetuò.	
162	6.	ambiunt.	
167	3	qua.	
162	in	marg. saltuum.	
168	in	marg. gregibus.	
178	17	autori.	
182	15	percipe.	
203		ille.	
240	8	quas.	

Pagina	Linea	Lege.
206	17	quo
207	8	indicium,
208	1	quod.
208	6	adde enim.
210	in	marg. vinctos.
211	13	repudiabimus.
214	11	vt.
219	3	nutu.
237	7	via.
240	18	perferita.
246	14	perfunderebantur.
264	20	adde tuum.
273	10	aduersam.
273	19	imitati.
285	11	expectandam.
301	4	posses.
312	12	ac.
318	1	suo.
328	12	quum.


ERRATA

ERRATA LIBELLI DE
consolatione iustorum.


Pagina	Linca	Lege.
21	20	ij.
32	10	recolemus,
33	10	quam.
59	14	posset,
41	21	fecit.
51	2	rationis.
59	5	quo.
64	4	providentiamque.
70	4	augustam.
73	5	suarum.
82	6	abductus.
92	1	filios.
99	17	horrore.
144	16	omni noxia.
145	20	vita
152	22	hac.
153	18	agenda
156	6	animarum.
168	4	ira vt.
167	3	filiorum.
173	9	imagine.
178	20	fasc-
180	21	maligne.
183	10	caerent.

FINIS.



















TL
44